10616

# INDEX GENERALIS BIPARTITUS

Locupletissimus

# EXERCITATIONUM

## STRUVIO - MÜLLERIANARUM

IN PANDECTARUM LIBROS L.

quorum

*I. Seriem tum Librorum & Titulorum, in Digestis, tum Exercitationum & passim incidenter occurrentium quæstionum,*

*II. Rerum & verborum Catalogum ordine Alphabetico*

exhibet.

Source : BIU Cujas

# INDEX GENERALIS,

*Ordinem tum Librorum & Titulorum in Pandectis, tum Exercitationum ad eas, & passim incidenter occurrentium quæstionum exhibens.*

# PARS PRIMA PANDECTARUM.


*Exercitatio I. ad Librum I.*

TIT. 1. DE Justitia & Jure. pag. 10.
2. De origine Juris, omnium Magistratuum, & successione Prudentũ. 44

*Exercitatio II.*

3. De Legibus, Senatus consultis & longa consuetudine. 63
4. De constitutionibus Principum. 75

*Exercitatio III.*

5. De statu hominum. 97
6. De his, qui sui vel alieni juris sunt. 110
7. De adoptionibus & emancipationibus, & aliis modis, quibus potestas solvitur 124
8. De divisione rerum & qualitate 131

*Exercitatio IV.*

9. De Senatoribus. 153
10. De officio Consulis. 159
11. De officio Præfecti Prætorio, 161
12. De officio Præfecti Urbi 163
13. De officio Quæstoris. 165
14. De officio Prætorum. 168
15. De officio Præfecti Vigilum. 172
16. De officio Pro-Consulis & Legati 173
17. De officio Præfecti Augustalis. 175
18. De officio Præsidis. 176
19. De officio Procuratoris Cæsaris, vel Rationalis 178
20. De officio Juridici. 179
21. De officio ejus, cui mandata est jurisdictio 180
22. De officio Assessorum. 187

*Ad Librum II.*

TIT. 1. De Jurisdictione p. 191
2. Quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eôdem jure utatur. 220
3. Si quis jus dicenti non obtemperavit. 223

*Exercitatio V.*

4. De in jus vocando. 224
5. Si quis in jus vocatus non iverit, sive quis eum vocaverit, quem ex Edicto non debuerit. 239
6. In jus vocati ut eant, aut satis, vel cautum dent 241
7. Ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat 241
8. Qui satisdare cogantur, vel jurato promittant, vel suæ promissioni committantur. 242
9. Si ex noxali causa agatur, quemadmodum caveatur. 249
10. De eo, per quem factum erit, quo minus quis judicio sistat. 249
11. Si quis cautionibus in judicio sistendi causa factis non obtemperavit. 250
12. De feriis & dilationibus & diversis temporibus. 255
13. De edendo. 262

*Exercitatio VI.*

14. De pactis. 273
15. De transactionibus. 327

*Exercitatio VII. ad Librum III.*

TIT. 1. De postulando. 347
2. De his, qui notantur infamia. 365
3. De Procuratoribus & Defensoribus. 377
4. Quod cujusque universitatis nomine vel contra eam agatur. 398
5. De negotiis gestis. 405
6. De calumniatoribus. 414

*Exercitatio VIII. ad Librum IV.*

TIT. 1. De in integrum restitutionibus 418
2. Quod metus causa gestum erit 426
3. De dolo malo. 441
4. De minoribus viginti quinque annis 453
5. De capite minutis 478.
6. Ex quibus causis majores viginti quinque annis in integrum restituantur. 479




Source : BIU Cujas

7. De alienatione judicii mutandi causa facta. 490
8. De receptis, qui arbitrium receperunt, ut sententiam dicant. 493
9. Nautæ, Caupones, Stabularii ut receptum restituant. 503

PARS SECUNDA PANDECTARUM.

*Exercitatio IX. ad Librum V.*

TIT. 1. De Judiciis, & ubi quisque agere vel conveniri debeat. 517

*Exercitatio X.*

2. De inofficioso testamento. 605
3. De petitione hæreditatis. 639
4. Si pars hæreditatis petatur. 661
5. De possessoria hæreditatis petitione. 663
6. De fideicommissaria hæreditatis petitione. 664

*Exercitatio XI. Ad Librum VI.*

TIT. 1. De rei vindicatione. 665
2. De Publiciana in rem actione. 700
3. Si ager vectigalis, i. e. emphyteuticus petatur. 706

*Exercitatio XII. ad Librum VII.*

TIT. 1. De usufructu, & quemadmodum quis utatur fruatur. 734
2. De usufructu accrescendo. 760
3. Quando dies ususfructus legati cedat. 764
4. Quibus modis usus vel ususfructus amittatur. 765
5. De usufructu earum rerum, quæ usu consumuntur, vel minuuntur. 760
6. Si ususfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur 774
7. De operis servorum. 777
8. De usu & habitatione. 778
9. Usufructuarius quemadmodum caveat. 787

*Exercitatio XIII. ad Librum VII.*

TIT. 1. De servitutibus. 795
2. De servitutibus urbanorum prædiorum. 799
3. De servitutibus prædiorum rusticorum. 808
4. Communia prædiorum tam urbanorum quam rusticorum. 819
5. Si servitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur. 834
6. Quemadmodum servitus amittatur. 843

*Exercitatio XIV. ad Librum IX.*

TIT. 1. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. 852
2. Ad legem Aquiliam. 865
3. De his, qui dejecerint vel effuderint. 873
4 De noxalibus actionibus. 883.

*Ad Librum X.*

TIT. 1. Finium regundorum. 886

*Exercitatio XV.*

2. Familiæ erciscundæ. 902
3. Communi dividundo. 917
4. Ad exhibendum. 926

*Ad Librum XI.*

TIT. 1. De interrogationibus in jure faciendis & interrogatoriis actionibus. 931
2 De quibus rebus ad eundem Judicem eatur 934
3. De servo corrupto. 935
4. De fugitivis. 939
5. De aleatoribus. 941
6. Si mensor falsum modum dixerit. 949
7. De Religiosis & sumptibus funerum, & ut funus ducere liceat. 95
8. De mortuo inferendo & sepulchro ædificando. 983

PARS TERTIA PANDECTARUM.

*Exercitatio XVI. ad Librum XII.*

TIT. 1. De rebus creditis, si certum petatur, & de condictione. 991

*Exercitatio XVII.*

2. De jure jurando sive voluntario, sive necessario, sive judiciali 1045
3. De in litem jurando, 1111

*Exercitatio XVIII.*

4. De condictione causa data, causa non secuta. 1150
5. De condictione ob turpem vel injustam causam. 1162
6. De condictione indebiti. 1171
7. De condictione sine causa. 1190

*An Librum XIII.*

TIT. 1. De condictione furtiva. 1192
2. De condictione ex lege. 1202
3. De condictione triticaria. 1205
4. De eo, quod certo loco dari oportet. 1208
5. De constituta pecunia. 1214

*Exercitatio XIX.*

6. Commodati vel contra. 1221
7. De pigneratia actione, vel contra.

*Exercita-*

Source : BIU Cujas

*Exercitatio XX. ad Librum XIV.*

TIT. 1. De exercitoria actione. 1279
2. De lege Rhodia de jactu. 1289
3. De institoria actione. 1312
4. De tributoria actione. 1320
5. Quod cum eo, qui in alienâ potestate est, negotium gestum esse dicetur. 1324
6. De SCto Macedoniano. 1326

*Ad Librum XV.*

TIT. 1. De peculio. 1341
2. Quando de peculio actio annalis est. 1350
3. De in rem verso. 1351
4. Quod jussu. 1354

*Exercitatio XXI. ad Librum XVI.*

TIT. 1. Ad Senatus Consultum Vellejanum. 1356
2. De compensationibus. 1376
3. Depositi vel contra. 1400

*Exercitatio XXII. ad Librum XVII.*

TIT. 1. Mandati vel contra. 1425
2. Pro socio. 1451

*Exercitatio XXIII. Ad Librum XVIII.*

TIT. 1. De contrahenda emptione & de pactis inter emptorem & venditorem compositis & quæ venire non possint. 1488
2. De in diem addictione. 1540
3. De lege commissoria. 1543
4. De hæreditate vel actione vendita. 1589
5. De rescindenda venditione & quando licet ab emptione discedere. 1611
6. De periculo & commodo rei venditæ. 1628
7. De servis exportandis, vel si ita mancipium veneat, ut manumittatur vel contra. 1642

*Ad Librum XIX.*

TIT. 1. De actionibus empti & venditi 1643

*Exercitatio XXIV.*

2. Locati conducti. 1662

*Exercitatio XXV.*

3. De æstimatoria actione. 1718
4. De rerum permutatione. 1724
5. De præscriptis verbis, & in factum actionibus. 1736

# INDEX PRÆCIPUARUM QUÆSTIONUM.

*In Exercit. I.*

QV. An jus derivetur â justitiâ? Remissivè th. 15. a. pag. 18.
An justitia universalis versetur in operationibus? Aff. th. 17. a. pag. 18.
An in l. 10. ff. de J. & J. universalis vel particularis justitia definiatur? Remiss. th. 18. 6. & 7. pag. 19.
An sola justitia particularis sit finis jurisprudentiæ? Neg. th. 18. p. 19. & th. 37. p. 29
An cives ex æquo munera & onera Reipublicæ ferant? Aff. th. 21. γ. pag. 21
An jure talionis possit supplicium sumi â deditis & captivis hostium, â quibus se dedentes & captivi nostri eximiâ crudelitate interempti sunt? Remiss. th. 34. 6. p. 24
Quanam Judex puniens dimetiatur æqualitate seu proportione Geometricane an Arithmetica? Dist. th. 36. a. pag. 29.
An leges intendant obedientiam tantùm externam? Neg. th. 42. pag. 31.
An dentur in jure nostro, scil. Institutionibus, Pandectis & Codice antinomiæ? th. 69. a. pag. 60
An Codex deroget Pandectis? Neg. th. 69. & 6. pag. 59. & 60.
An leges Codicis aliis legibus Codicis derogent? Neg. th. 69. p. 59.
An institutiones Digestis & Codici, & hæc illis derogent? Neg. th. 69. pag. 59. seq.

*Exercit. II.*

QV. An in Aristocratia & Democratia Magistratus & Superiores, penes quos summa potestas est, leges ferant, quibus paulò post æque illi ac alii patere teneantur? Aff. th. 7. 6. pag. 65.
An legislator lege à se aut prædecessoribus suis lata, neque quoad vim coactivam, neque directivam obligetur? Aff. th. 8. pag. 65
Cur Imperantes, etiam Monarchæ, legibus se velle vivere profitentur, si videatur id pugna-



Source : BIU Cujas

pugnare cum ipsorum dignitate ? Dist. th. 8. a. pag. 65.
Num Princeps ex contractu cum subdito invito obligetur. Aff. th. 9. β. pag. 66.
An Capitulationi Cæsareæ subsit conventio ? Remiss. th. 10. β. pag. 66.
An viistius conventionis Imperatori contra Capitulationem Cæsaream agenti resisti possit ? Remiss. ibid.
An Capitulatio Cæsareæ Majestati seu absolutæ potestati Imperatoris detrahat ? Remiss. 10. β. pag. 66.
An vim contractus an legis habeant Recessus ? R. utriusque th. 10. δ. pag 67.
Num Augusta seu Imperatoris Conjux exemplo Augusti seu Imperatoris legibus sit soluta ? Aff. th. 11. a. pag. 67.
An leges civiles seu positivæ humanæ etiam obligent in conscientia ? Dist. th. 13. pag. 68.
Utrum Prudentes cogi de respondendo, vel etiam inviti possunt ? Aff. th. 17. ι. pag. 71.
Si Magiffratui urbico, qui expressam juris statuendi potestatem non habet, populus pateat, num connivente Magistratu consuetudo fiat ? Aff. th. 20. β. pag. 72.
Utrum duo vel plura Instrumenta â Notariis confecta ad sufficientem consuetudinis probationem requirantur ? R. discretioni Judicis relinquitur. Th. 21. ε. pag. 74.
Num in dubio Privilegium esse reale, an personale præsumendum ? Dist. th. 29. β. 78.
An unicus actus contrarius sufficiat, an plures requirantur ad renunciationem Privilegii ? Aff. th. 31. β. p. 79.
An statuta Civitatum provincialium indigeant confirmatione superioris ? Dist. th. 42. p. 88.
An judex contra communem Doctorum opinionem judicans adhærendo opinioni singulari unius Doctoris litem ex quasi-delicto faciat suam ? Dist. th. 51. ζ. pag. 95.

*Exercit. III.*

QV. Utrum rectè jus sic distribuatur, ut aliud circa personam, aliud circa res, & aliud circa actiones versetur ? Remiss. th. 1. a. p. 97.

Num jus Civile â jure Divino, secundùm. qd. fœtus in utero animatus homo est, abeat & sectetur Stoicos, quibus Embrio non habetur pro homine ? Remiss. th. 3. β. p. 99.
An mulier molam gerens privilegiis prægnantium gaudeat ? Remiss. th. 3. δ. p. 100.
An prægnans mulier relegari possit ? Remiss. th. 3. δ. p. 100.
Qua pœna mulier sentiens dolores puerperii, si latrinam accesserit, & partum voluntariè & dolosè in cloacam emiserit, sit afficienda ? Remiss. th. 3. δ. p. 100.
Utrum possit mulier aliquando ultra decimum mensem & initium undecimi uterum gerere ? Aff. th. 4. η. p. 101.
Utrum infantes expositi, quorum parentes ignorantur, legitimi, an spurii esse præsumantur ? R. In dubio legitimos censendos th. 4. η. p. 101
An monstra animam habeant rationalem, & an per consequens baptizanda sint ? th. 4. θ. p. 101.
An partum monstrosum impunè occidere liceat ? Dist. th. 4. θ. p. 102.
An pristina servitus & inde fluens jus vitæ & necis, ex verâ ratione juris gentium ortum traxerit ? Remiss. th. 15. a. p. 105.
An parentes vel consanguinei ob precium participandum sese vendentem redimere possint ? Remiss. th. 18. β. p. 106.
An & quatenus liceat hostem jure belli occidere ? Remiss. th. 18. β. p. 106.
An ad pœnam capitalem damnati fiant servi ? Remiss. th. 18. γ. p. 106.
An justè apud Christianos servitus sit sublata ? Remiss. th 21. β. p. 107.
Num adscriptitii distinguantur â servis. Remiss. th. 22. a p. 108.
Num leges & constitutiones in jure civili de servis & operis libertorum, vel de adscriptitiis loquentes ad hodiernorum rusticorum operas applicari possint ? Aff. th. 22. β. p. 108.
An operæ â Domino alteri cedi & locari possint ? Aff. th. 24. ε. p. 109.
Si Dominus, cui operæ debentur, moriatur, relictis pluribus liberis vel hæredibus, an tum singulis sint præstandæ ? Aff th. 24. ε. p. 109.
Num cogi possint subditi ad præstanda servitia ad novi ædificii. ubi hactenus nullum fuit, exstructionem ? Neg. th. 24. ε. p. 109.
Num subditi vecturas & servitia ad ædificationem habitationum tantum, an etiam ad pertinentes villas aliaque ædificia, præstare teneantur ? Neg. th. 24. ε. p. 109.



Source : BIU Cujas

Si subditus mandato Domini in loco dissito, ad quem tum eundo, tum redeundo unus vel alter dies insumendus est, præstare jubeatur, utrum hi dies itineri insumpti computari ac rusticis prodesse debeant? Aff. th. 24. *n.* p. 110.

Num servus esse possit sine Domino? Neg. th. 29. a. p. 112.

An Tabularii sint servi publici? Neg. th. 30. a. p. 112.

An cum servus totus sit Domini & melioris conditionis esse non videatur, quàm brutum, quod ex consuetudine paret, & facit, ad quod adhibetur, & cui assuefactum est, ipse teneatur in omnibus etiam turpibus & illicitis sine omni contradictione herili imperio parere? Remiss. th. 31. p. 112.

An in bigamia natus ex ea, quam duxerat maritus, criminis hujus ignaram, pro filio ex justis nuptiis nato sit habendus? Aff. th. 43. *α.* p. 17.

Si vidua nimis festinaret ad secundas nuptias, cujus sit proles; primi; an secundi mariti? Remiss. th. 43. *α.* 117.

An quis verè probare possit, se esse filium suorum parentum? Dist. th. 43. *α.* 117.

Utrum nepotes per avi matrimonium post mortem filii naturalis subsecutum, legitimentur, ita scilicet, ut in avi familiam & potestatem veniant? Aff. th. 50. 120.

Si quis habeat filium naturalem primogenitum, eumque demum post intermedium matrimonium, ex quo itidem suscepit filium, legitimaverit, uter præferendus, ratione primogenituræ? Remiss. th. 51. *α.* 122.

An Nobilium spurii per Rescriptum legitimati nobilitatem consequantur? R. si ad nobilitatis jura consequenda sunt legitimati Th. 55. *β.* 123.

Num quarta Antoniana, quæ impuberi arrogato ex bonis patris arrogantis debetur, sit omnium bonorum, an vero portionis legitimæ? Resp. omnium bonorum, ex th. 60. 125. & *γ.* 126.

An avus sine filii consensu in locum nepotis tanquam ex filio nati neminem adoptare possit? Neg. th. 63. *β.* 127.

An adoptivus succedat in Feudis? Dist. th. 65. *α.* 127.

An dignitas Doctoralis vel Clericalis liberet â patriâ potestate? Neg. 66. 128.

Quando personæ, quæ unionem inire cupiunt, diversæ sunt jurisdictionis, vel bona sub diversis territoriis sita reperiantur, an utriusque Magistratus confirmatio requiratur? th. 66. *γ.* 128.

Num competens Magistratus requiratur? th. 66. *γ.* 128.

An Magistratus ipse in propria vel liberorum causa Judex esse possit? Neg. th. 66. *γ.* 129.

An appellatione der nächsten Freund veniant etiam affines? Neg. th. 66. *δ.* 129.

Utrum parentibus pactum unionis prolium testandi facultatem adimat? Dist. th. 66. *θ.* 129.

Cujus sit bonorum Ecclesiasticorum dominium? Resp. Ecclesiæ. Th. 71. *β.* 134.

Num liceat Ecclesiis bona temporalia possidere, præter primitias & decimas? Aff. th. 71. *β.* 135.

An jura civilia circa loca Religiosa sublata intelligantur per jus canonicum etiam quoad effectum juris civilis? th. 72. *β.* 136.

An Princeps aut Statûs Imperii in suo territorio Asylum constituere & locum quendam tali privilegio munire possit, ut homicidæ illuc fugientes â pœna liberentur? Aff. th. 72. *γ.* 138.

An populus quispiam partem aliquam maris externi, non tantùm imperio continere, sed etiam in proprietatem sic convertere possit ut mari illo ipse solus utatur, fruatur, aliosque ab usu ejus penitus excludat, ut absque ejus concessu nullam ex eo utilitatem percipere queant? Neg. & Aff. th. 79. *β* 145.

An ad res immobiles referri possint molendina pnevmatica & navalia? Aff th. 83. & *δ.* 149. seq.

*Exercit. IV.*

QV. Si quis patrem & Avum Senatores habeat, Pater autem è senatorio ordine ante ejus conceptionem ejiciatur, an nihilominus Senatoris nepos possit intelligi? Aff. th. 7. *γ.* pag. 158.

Cuinam probatio culpæ incumbat in casu exorti incendii; utrum actori restitutionem damni petenti, an Reo, in cujus ædibus incendium ortum? Resp. Reo incumbere. Th. 28. *α.* 172.

Num cognitio & remotio suspecti tutoris sint jurisdictionis, quæ mandari potest? Aff. th. 39. *γ.* 181.

An

Source : BIU Cujas

An in infirmitatis vel morbi casibus cognitio saltem mandetur, an vero & executio, sic totum imperium? Resp. posterius rationi juris magis convenit. th. 40. ℸ. 182.

Causæ cognitione delegata an commissa sit etiam executio? Neg. th. 45. 184.

An ad exequendum datus, habeat etiam jus cognoscendi? Dist th. 45. 184.

An Delegatus Principis differat à mandatario jurisdictionis? Resp. dijudicandum esse ex verbis commissionis th. 45. β. 186.

Num potestas legumlativa ad jurisdictionem aliquâ ratione referri queat? Aff. th. 49. α. 192.

An etiam jure Romano jurisdictio tam latè & plenè consideretur, ut omnem potestatem, quam quisque Magistratus in administratione Justitiæ tam ratione causarum civilium, quàm criminalium, non tantùm imploratus per actionem, sed & ex officio nobili exercet, & ita tum jurisdictionem in specie sic dictam, tum etiam merum imperium sub se comprehendat. Aff. & Neg. th. 49. ℸ 192.

Num judicis, qui jurisdictionem ad certam quantitatem habet restrictam, si de majore inter invitos pronunciaverit, sententia valiat, quoad summam, cujus habet cognitionem? th. 58. α. 196.

Num Clericus jurisdictionem secularis Judicis possit prorogare? th. 59. ε. 197.

Utrum jubere, cavere prætoria stipulatione, restituere in integrum; mittere in possessionem ut & dare bonorum possesionem sit juris dictionis, an mixti imperii? Aff. prius th. 65. 200.

An hæc jurisdictionis divisio in contentiosam & voluntariam sit generis, an vero speciei tantùm subdivisio? Aff. post. th. 68. 202.

Num voluntaria jurisdictio sit ordinaria, an verò extraordinaria? Aff. post. th. 71. α. 204.

Utrum magistratus seu Dominus jurisdictionalis in bonis sui debitoris, super quibus habet jurisdictionem, hypothecam sibi constituere & consensum desuper sibimet ipsi impertiri valeat? Aff. th. 27. ε. 206.

An Imperator solitariam in causis Principatuum, Ducatuum, Comitatuum &c. habeat jurisdictionem, an vero sociam & cum paribus Curiæ? th. 79. β. 211.

An Imperator solus ut in petitorio, ita & in possessorio in causis prædictorum Feudorum judicet? th. 79. β. 211.

Num Romanorum Rex propriâ autoritate, an Imperatoria autoritate jurisdictionem exerceat? ibid.

An jurisdictio Cameræ Imperialis sit propria & ordinaria, num delegata? Remiss. th. 79. β. 211.

An Camera Imperialis concurrentem cum Judicio Aulico habeat jurisdictionem? Aff. th. 79. ibid.

An concessa jurisdictione in genere, intelligatur etiam concessa jurisdictio superior? Neg. th. 80. 212.

An jurisdictio â superiori concessa conseatur privativè an circumlativè, ar verò subordinatè collata? Aff. posterius th. 80. 212.

Num Nobilis gaudens jurisdictione inferiore super Censiticos, über Schuld und Gülden/ an etiam jus habeat contractus emtionis venditionis confirmandi? neg. th. 80. γ. 212.

Si Præfecti jurisdictio â tali Nobili Amtsassio turbatur, arrogante sibi jus circa emtiones. & venditiones prædiorum, an Præfectus ipsi inhibere possit per præceptum pœnale? th. 80. ν. 3. 218.

Quid si servus Album Prætoris corruperit, num in Dominum detur actio noxalis? Neg. th. 82. ε. 218.

Num actio de Albo corrupto hodiè ad Constitution. Legum & Statuorum promulgatorum tutelam locum habeat? Aff. th. 82. c. 218.

An Exemplo Assessoris incidat in Edictum Prætoris Scabinatus vel Facultas aliqua Juridica de Jure respondens, si iniquum jus dicat? Dist. th. 83. ζ. 221.

An pars ista detracta heredibus obveniat illis in loco illo, contra quem exercetur jus retorsionis, ibi viventibus, an veto cedat Magistratui? th. 84. α. 223.

An retorsio locum habeat contra eam civitatem Saxonicam, in qua jus geradæ planè non, nec inter cives ejusdam obtinet, aut vero pauciores ad geradem pertinent, ut in quibusdam locis est, quæ Nifftel-Gerada vocatur? Remiss. th. 84. α. 223.

*Exercit. V.*

QV. An moribus nostris adhuc locum inveniat Edictum de in jus vocando, & peti-

Source : BIU Cujas

petito veniæ circa personas certas eâque neglecta actio ex hoc Edicto ad pœnam quinquaginta aureorum competat? Dist. th. 6. α. pag. 227.

Si de partis petitione non appareat, num quid ad ipsius requisitionem facta præsumatur Citatio? Aff. th. 8. δ. 224.

An reus si jam sit præsens, & non præcesserit citatio, teneatur respondere? Neg. th. 10. 229. vid. ε. 230.

Utrum jussus sive commissio illa â Judice facta præsumatur, an Nuncio dicenti: se ex mandato Judicis citare: credendum sit? Remiss. th. 11. θ. 232.

Debitor de fuga suspectus num capi possit? Aff. th. 12. δ. 235.

An etiam hîc deficientibus aliis probationibus stabitur juramento creditoris. Aff. th. 12. ib.

An in causis levioribus contra vagabundum decerni possit hæc Citatio? Aff. th. 12. ε. 236.

Num Citatio, extra territorium scilicet subsidialibus verbis, an verò literis fieri debeat? Dist. vid. th. 12. λ. 237.

Num Judex, sub quo reus citandus degit, citantem Judicem superiorem agnoscat: ita ut adhuc appellari possit? ipse citare possit. An vero judices ambo, citans & sub quo citandus commoratur, citatio per literas subsidiales fieri debeat. Th. 12. λ. 237.

Num citatum non comparentem â pœna contumaciæ hodie liberet rusticitas? Remiss. th. 15. α. 240.

Utrum personæ Illustres itemque spectabiles hoc ipso Privilegio, scilicet juratoriæ cautionis adhuc gaudeant? th. 24. δ. 245.

An hoc Privilegium omnibus Nobilibus competat? Dist. th. 24. ε. 246.

Quinam sub nomine Pauperum veniant? Remiss. th. 24. ε. 246.

Num Procuratores & defensores ad juratoriam cautionem admittendi sint? Neg. th. 24. θ. 247.

Num Tutores, Pupilli nomine in judicio litigantes, si nec Fidejussores nec pignora illis suppetant, ad hanc cautionem juratoriam admitti debeant? Aff. th. 24. θ. 247.

Noxæ deditus an adhuc in eadem causa sisti videatur? Dist. th. 26. & α. 249.

Si liber an manumissus sistatur, an adhuc in eadem causa sisti videatur? Dist. th. 26. & ε. 249.

An dies termini computetur in termino? Dist. th. 31. & α. 252. seq.

Utrum Princeps, si agat, â guerandæ præstatione sit immunis? Neg. th. 32. γ. 253.

Num Procurator absque speciali mandato ad guarandam præstandam admittendus sit? Aff. th. 32. ibid.

Num Judex præstationem guarandæ Actori ex officio possit imponere? Neg. th. 32. γ. 254.

Num Fidejussores vel pignora guarandæ accedere debeant? Neg. th. 32. δ. 252.

Num præceptum de Sabbato sanctificando sit morale, an ceremoniale? Rem. th. 34. δ. 257.

Num die Dominico aliisve feriatis diebus possit quis literis operam navare & in Jure studere? Aff. Neg. Dist. th. 35. α. 258.

An Judex Ferias eô modô, quô ipse servat, attendere debeat? Dist. th. 26. & δ. 258. seq.

An Judex possit terminum â lege præscriptum pro arbitrio sua prolongare aut coarctare? Dist th. 27. 259.

An ad quartam dilationem impetrandam, & juramentum desuper âProcuratore præstandum requiratur speciale mandatum, an verò sufficiat mandatum generale? Aff. prius th. 37. α. 260.

Quod si mortuus sit quartam dilationem impetrans, illaque dilatio effluxa sit, num ne heredi alia ultra illam sit concedenda? Aff. th. 37. α. 260.

Num Reo, an Judici prius libellus sit offendendus? Aff. posterius th. 38. δ. 263.

An nomen actionis in libello ut exprimatur sit necessarium? Neg. tam de Jure Canonico quàm Civili 40. 268.

An & quando actor libellum mutare possit? Dist. th. 41. 268.

*Exercitatio VI.*

QV. Quænam ergo est ratio, quod non nisi exceptio, non verò actio detur ex nudo pacto? Resp. Terminus legis. th. 15. β. p. 281.

Ad quam speciem conventionis referendum sit matrimonium & sponsalia? Resp. ad contractus personarum. th. 20. ε. 285.

An etiam pacta in continenti contractibus stricti juris adjecta iis ita insint, ut ipsum contractum & actionem inde venientem forment, prosintque actori? Neg. simpliciter. th. 29. 292.

Num redditio pignoris præsumtivè arguat prin-



Source : BIU Cujas

principalis debiti remissionem ? Neg. th. 34. θ. 303

An obligationem activam furiosus sibi per donationem ab alio factam acquirat ? Remiss. th. 37. β. 306

An prodigus post interdictionem factam promittendo, si non civiliter, naturaliter saltem obligetur ? Neg. th. 38. ε. 309

Si juramento promissionem suam confirmaverit prodigus, numne tunc civiliter obligabitur ? Neg. th. 38. ε. 309.

An prodigus per aditionem hæreditatis etiam aliquid acquirere videatur ? Limit. th. 38. θ. 309

An prodigi mercatores esse possint ? Neg. th. 38. θ. 309

An pupillus (extra casum, si locupletior factus est) naturaliter obligetur ? Dist. th. 39. γ. 310

An idem dicendum, quod conventio super facto turpi sit nulla, quando ob causam turpem contrahitur, id verò, quod in stipulationem deducitur, turpe non est ? Aff. th. 44. δ. 314

An de jure agnationis vel filiationis liceat pacisci, v. g. ut non verè sit agnatus vel filius ? Neg. th. 44. α. 316.

Si pactum de non petendo inter debitorem & creditorem sit initum, postea verò in contrarium paciscatur debitor de petendo, an hoc posterius pactum præjudicet fidejussori ? Neg. th. 49. δ. 322

Utrum lite seu processu coram judice ordinario jam pendente, commissio ad tentandam inter partes litigantes concordiam â superiore impetrata, Processum suspendat ? Neg. th. 54. β. 329

An saltem Ecclesiæ alia transactio cum Ecclesia valeat, si requisitis Canonum destituta fuerit ? Neg. th. 55. ζ. 332.

An alimentatio pro lubitu de alimentis liceat transigere ? Neg. Si alimenta ex contractu vel Testamento debentur. Th. 58. α. 334.

Num super rebus sacris aut spiritualibus transigere liceat ? Neg. th. 59. δ. 336

Num transactio super crimine indicium ad torturam faciat ? Aff. th. 51. ε. 338

Num res per transactionem â conjuge acquisita inter acquæstus conjugales referenda sit ? Neg. th. 66. δ. 344

Num ob immodicam læsionem ultra dimidium transactio sit rescindenda ex l. 2. C. de rescind. vend. ? th. 67. η. 345

*Exercitatio VII.*

QV. Si sciat in peritorio causam esse injustam, in possessorio verò clientem habere aliquod jus, num bona conscientia eam defendere possit Advocatus ? Aff. th. 5. α. pag. 350

Num Advocatus clienti suo injustè ad mortem condemnato fugam ex carcere consulere, & auxilium ad eam præbere possit ? Aff. th. 6. α. 351.

Num verò in concursu probabilioris causæ minus probabilem tueri ipsi liticum sit ? Neg. th. 6. β. ibid.

Si alii advocati non adsint, & filius contra patrem, qui ad mortem usque accusatus est, à Principe jubeatur patrocinium suscipere, an patrocinari possit contra patrem ? Aff. th. 7. α. 351

An Advocatus salvâ conscientia latrones &c. fures defendere queat ? th. 7. β. 351

An Advocatus, qui sententiam informatoriam (ein informat Urtheil) conscripsit, fingens, eam Collegii Juridici esse, cujus subscriptione etiam utitur, eamque clienti suo mittit sub prætextu, quod ejus nomine petierit, ad hoc ut inde veritatem suæ causæ cognoscere possit, falsum committat, & ideo puniendus sit ? Neg. th. 9. α. 353

An Advocatus in propria causa, ab adversario condemnato in expensas, exigere possit salarium ? Neg. th. 11. 355

An palmarii promissio Advocato facta â cliente, jure sit licita & valida ? Dist. th. 11. η. 358. seq.

An prohibitus advocare domi litigantibus in scriptis consulere possit ? th. 14. β. 362.

Num Advocatus contra Principem suum causam defendendam suscipere possit ? Aff. th. 14. β. 362

An si quis se quid servaturum promiserit sub infamia, bey Schelm schelten/ ea si non servet, infamis fiat ? Neg. th. 15. δ. 364

An frivolè appellans fiat infamis ? Neg. th. 19. β. 368

An in bigamia natus ex ea, quam duxerat maritus criminis hujus ignarum, hac macula laboret ? Neg. th. 20. ζ. 370

An liberis præcocibus, denen Frühlingen/Früh auff levis notæ macula adhæreat ? Neg. th. 20. ibid.

An

Source : BIU Cujas

An liberi expositicii, die Findel-Kinder / levis notæ macula laborent? Neg. th. 20. ζ. 370
Num Nuncii officiô viles & sordidæ personæ fungi possint? Dist. th. 20. θ. 371
An siquis ab alio vitiatam edito partu, vel sciens duxit, vel errore ductam sciens retinet, nec repudiat, hâc notâ aspergatur? Neg. th. 21. γ. 372
Si qua sciens nubit, tali maculato, an inde commaculabitur? Aff. th. 21. γ. 373
An si pœna, quæ infamiam operatur, temporalis fuerit, infamia etiam elapso tempore cesset? Dist. th. 23. 374
Num Procuratori in rem suam exercendam uti liceat actionibus cessis, vel Privilegiis personalibus? Neg. th. 26. ζ. 380
Num sufficiant testes, ad legitimationem Procuratoris? th. 27. α. 381
An falsus Procurator, de quo constat, quod mandatum non habeat, sub cautione de rato sit admittendus? Neg. th. 27. ζ. 383
Num pater ac avus naturalis ad cautionem rati admittantur? Neg. th. 28. η. 386
An parentes adoptivi admittantur. Neg. th. 28.
An spirituales? Neg. th. 28. ibid. ( ibid.
Si plures diversi gradus ex ascendentibus, v. g. pater cum avo concurrunt, uter præferendus? R. Proximior. th. 28. ibid.
Quod si eodem gradu existentes? R. Magis idoneus. th. 28. η. 386
An filius naturalis pro matre sine verò mandato cum hac cautione sit admittendus? Aff. th. 28. θ. ibid.
Si fratres germani, vel consanguinei, vel uterini concurrunt, quinam sint præferendi? R. Germani, th. 28. ι. 386
Num Amicus pro Amico præstita cautione de rato, sine mandato verè agere possit? Neg. th. 28. μ. 387
An in causis famosis admittatur Procurator? Remiss. th. 31. γ. 390
An Procurator in rem suam teneatur defendere Dominum seu cedentem? Dist. th. 35. 893
Si Procurator alium substituerit & substituens moriatur, an officium finiatur. Neg. th. 37. α. 396
Si Procurator primus substituerit alium, an respectu hujus possit fieri revocatio? Dist. th. 37. β. ibid.
Si municipes seu cives cum ordine seu Senatu litigent, quomodo Syndicus debeat constitui. Dist. th. 42. 400
An subscriptio in syndicatus Instrumento sit necessaria, an verò absquè ulla subscriptione sigillo civitatis tanquam signatum subsistat? Dist. th. 42. γ. 401
An charta vacua ab universitate subsignata vel subscripta, blanquettum, seu charta blanca locô syndicatus sufficiat? Neg. th. 42. δ. 402
Ad constitutionem Syndici, ubi, ut omnes vocentur, requiritur, etiam vocandi absentes? Neg. th. 42. δ. 402
An quis se ipsum constituere possit? Neg. & Aff. Dist. th. 42. ε. 402
Si duobus aut pluribus electio mandata sit, an proprio voto quis sibi prodesse & majora facere possit? th. 42. ε. 403
Quorum nomina Instrumento sint subscribenda, & an singulorum de universitate subscribenda? Dist. th. 42. ζ. ibid.
An minores ad electionem Syndici sint convocandi? Neg. & Aff. th. 42. θ. 403
Num duarum partium præsentia indistinctè semper & præcisè requiratur? Dist. 43. α. 403
An gestor debitorum ejus, cujus negotium gerit, conveniendo, eum ponat in mora? Aff. th. 50. 409
Qualis culpa â gestore negotiorum alienorum sit præstanda? Resp. Culpa levissima th. 50. β. 409.
De omissis an negotiorum gestor teneatur D. th. 50. γ. 410
Si negotiorum gestor inutiliter gesserit negotia, & Dominus ratum habuerit, num contraria negotiorum gestorum actio competat gestori. Aff. th. 52. α. 411
An filius habeat repetitionem sumptuum in patrem factorum? Aff. th. 54. δ. 413
An actionis de calumniatoribus ex Edicto in nostro foro quis adhuc sit usus? th. 60. β. 417
Num verò implorato officio Judicis ut calumniam puniat, fieri possit sententia definitiva, aut res judicata? Aff. th. 60. β. 417

*Exercitatio VIII.*

QV. Num in restitutione in integrum duplex requiratur judicium? Aff. & Neg. th. 3. ζ. pag. 421
Num Magistratus municipales hodiè restituere possint? Aff. th. 4. γ. 422.



Source : BIU Cujas

Num Arbitri seu Compromissarii Judices restituendi potestatem habeant? Neg. th. 5. γ. 422.

Quid si causa restitutionis in continenti probari nequeat, sed alteriorem requirat indaginem, an executio facienda? th. 7. β 425.

Quid si saltem præsumtio sit dolosè restitutionem desiderari? Resp. th. 7. β. 425.

An juramentum vi vel metu extortum ipso jure nullum sit, ac sine prævia absolutione ab eo recedere liceat? th. 11. β. 429.

Ad quem pertineat periculum, si res metu ablata casu interierit? Dist. th. 21. 440.

Quid si tertius dans det causam per dolum contractui? Resp. Contractus subsistit, sed dabitur contra tertium, qui decepit actio de dolo. th. 29. 447.

An ex contractu bonæ fidei ob dolum causam contractui dantem nullo dominium transferatur: vel an ipsa res ex tali contractu tradita, possit à quovis possessore, in quem fotè rursus res translata, vindicari? Resp. Dominium transferetur & non est locus vindicationi. Th. 30. 447.

Num restitutio in integrum detur minori adversus tres sententias conformes ad finem impediendi executionem? Neg. Aff. Dist. th. 47. ε 458.

Quomodo & quatenus læsio debeat à minore restitutionem petente probari? Dist. th. 48. α. 459.

An si minor impetraverit contra venditorum restitutionem in integrum, post precium repetens emtor probare teneatur, id in utilitatem minoris impensum. Neg. th. 49. 460.

Quid si minor ob læsionem in contractu venditionis petat restitutionem in integrum, emtor verò, agnoscens læsionem, offerat justi pretii supplementum, erit ne minor audiendus an emtor? Resp. Minori non posse denegari restitutionem. Th. 50. 460.

An qui veniam petiit, postea observans, se non esse satis aptum ad res suas administrandas, restitui possit adversus impetrationem veniæ? Aff. th. 53. 463.

An Auth. sacramenta puberum; etiam contractibus ipso jure invalidis applicanda? Dist. th. 54. 465.

An absolutio à juramento concedenda? Distinctim negatur. Th. 54. 465. seq.

Num minor jurans se non impugnaturum contractum, quacunque ratione, remedium læsionis eo modo videtur amisisse? Neg. th. 54. ζ 466. seq.

Utrum minor adversus contumaciam, ut si ritè legitimis edictis vocatus non comparuerit, sit restituendus? Dist. th. 57. 468.

An patri prosit restitutio filiifamilias? Dist. th. 60. 471.

An restitutio à minori impetrata prosit etiam fidejussori ejus? Dist. th. 60. 471.

An socio vel consorti litis majori prosit? Neg. th. 60. ibid.

An villis & castris aliisve universitatibus exemplo minorum competat beneficium restitutionis in integrum? Aff. th. 61. 472.

Num mulieribus ad exemplum minorum restitutionis auxilium, si vel in judicio vel extra illud in committendo vel omittendo, enormiter læsæ inveniantur, concedendum, licet autoritatem curatoris adhibuerint? Neg. th. 65. γ 476.

An quis ex causa ignorantiæ restituatur contra præscriptionem completam? Neg. th. 74. 485.

Num adversus tabernarios, qui negotiationes in tabernis faciunt, actio de receptio detur? Dist. th. 110. δ 509.

An actio de recepto adversus aurigas competat? Aff. th. 110. δ 509.

Si plures sint qui cauponam exerceant, an singuli teneantur? Aff. pro parte si immediati exerceant. th. 110. ζ 506. seq.

Si res receptæ in caupona incendio perierint, an caupo à viatoribus actione de recepto convenire possit? Remiss. Aff. Neg. Dist. th. 111. κ 512.

Si caupo viatori claves scrinii vel cubiculi, in quo res suas is recondit, tradiderit, an tunc liber sit ab hisce actionibus Caupo? Neg. th. 117. 516. *Exercit. IX.*

QV. An Banniti ab aliis in jus vocati, tanquam Rei comparere & defendere se possint? Aff. th. 5. α 521.

An represaliæ adversentur jure naturali, civili & canonico? th. 8. γ 526.

An Principes & Status Imperii Romani jure represaliarum inter se uti possint? Remiss. th. 8. γ 527.

Qua actione represaliatus, qui damnum aliunde sentit, experiri debeat? Remiss. ibid.

An da-

Source : BIU Cujas

An damnum ab omnibus civibus sit resarciendum? Remiss. ibid.

Si furor Judicem, qui ab initio, cum daretur, sanæ mentis esset, postmodum obruat, is per hoc infortunium judicandi licentia defraudetur? &, Judicem datum permanere in officio. th. 10. γ. 529.

Si pater sit Judex, filius Advocatus, num ab adversario iste recusari possit Judex? &. th. 11. ι. 531.

An in Aula Imperatoris vel Curia Imperiali etiam Judicio Camerali, omnes, qui Imperio sunt subjecti, si ibi reperiantur, conveniri possint? Neg. th. 15. 537.

Si parentes nullibi fixum domicilium habeant, an filius ita in transitu natus, sortiatur loci illius originem, maximè si ibidem baptizatus fuerit? Remiss. th. 17. δ. 539.

An filiusfamilias sine consensu patris, in cujus sacris existit, ipse sibi domicilium constituere possit? &. th. 29. 548.

Num facultas domicilium mutandi & transferendi lege vel consuetudine tolli, & subditis, ne domicilium extra Provinciam transferant, prohiberi possit? Aff. th. 32. α. 550.

Num sponsus vel maritus sponsæ vel uxori suæ promittere possit, se domicilium in alium locum non translaturum: & an hæc conventio valeat? Aff. th. 32. α. 550.

An Nobiles in urbe habitantes jurisdictioni urbanæ sint subjecti? Dist. th. 38. 554. seq.

Num si non ad implendum contractum, sed ad ejus rescisionem agatur, contrahens in loco quoque contractus forum sortiatur? th. 40. γ. 557.

Quid, si contractus non in loco sit initus & alibi confirmatus, quis dicatur locus contractus? Resp. Ubi initus. th. 40. ζ. 558.

Quod nam sit forum delicti in confinibus commissi? Dist. th. 46. & α 564.

Quid si in via publica crimen perpetratum, an ejus coërcitionem ad superiorem Regalia habentem spectat? Aff. th. 46. & β. 564.

Quis ex his tribus Judicibus (1. loci domicilii (2. delicti commissi, & (3. ubi reus repertus magis erit obstrictus ad inquisitionem contra reum suscipiendum? Resp. Judex loci ubi reus repertus. th. 47. 564.

An dominus territorii possit ex officio cognoscere de delicto subditi extra territorium commissi? Remiss. th. 47. α. 564.

Si in cognitione causæ coram Judice seculari pendentis, incidens oriatur ad Ecclesiasticum forum spectans, utrum cum principali coram eodem Judice terminari debeat, an verò à principali causa sit separandum Ecclesiasticoque sit remittendum? Posterius ex observantia Cameræ. Aff. th. 56. ζ. 570.

Si in causam spiritualem secularis aliqua incidat, an & illa Judici seculari, remittenda sit? Neg. th. 56. ibid.

Num Legati ex delicto in legatione commisso conveniri possint coram Principe, ad quem missi sunt, num remittendi ad eum, qui eos misit? Aff. posterius th. 59. λ. 580.

Quis nam Judex est Imperatoris qua talis in Civilibus, Criminalibus, Feudalibus, Spiritualibus? th. 49. μ. 582.

An privilegiatus contra privilegiatum, si paria sint utriusque privilegia, privilegio fori uti possit? Neg. th. 60. 582.

An in speciali mandato ad reassumendum processum dato, causa quoque reassumtionis personamque defuncti, ob cujus obitum lis venit, reassumenda, in mandato illo exprimi necessum sit? Neg. th. 74. ζ. 602. seq.

*Exercitatio X.*

SI bona propter delictum Patris confiscationi subjacent, quanta sit legitima liberorum? Resp. th. 12. γ. pag. 615.

Si filius testamento condito heredes instituat universales tres fratres utrinque conjunctos & matrem loco legitimæ in re certa, vel fratres prætereat, & aliam personam minimè turpem universaliter instituat: quanta sit legitima matris, an totus triens vel integra tertia totius hereditatis, an verò tertia pars duntaxat trientis? th. 13. β. 616.

An liberis ex concubitu sponsi cum sponsa, non accedente postea ob mortem fortè alterutrius benedictione sacerdotali, legitima debeatur? Et per consequens an illis competat querela de inofficioso testamento? Aff. th. 16. 617.

An frater in testamento, quo turpis persona fuit instituta, præteritus etiam infamia vel levi macula laborans querelam instituere possit? Aff. th. 18. & ζ. 618. & 620.

An in querela locus sit successioni? vel locum



Source : BIU Cujas

habeat Edictum successorium ? Dist. th. 19. & a. 620 seq.

An persona, quæ ad successionem ab intestato non ad nititur, nec testamentum in officiosum dicere potest, sed tamen querelam instituit, ac nemine eam repellente, casu obtinuit, prosit victoria contra legitimos hæredes ? Neg. th. 25. 623

Quid si alter ex liberis justè exhæredatus fuerit, aut ante agens non obtinuerit, an tunc alter movens querelam, totam hæreditatem habebit ? Neg. th. 27. 625

An justè exhæredatus partem faciat, seu sit liberis annumerandus ? Aff. th. 32. 630

Si post mortem patris ante aditam hæreditatem bona ejus aucta sint, numquid augeatur legitima ? th. 33. β. 635

An testamentum, quô impuberi sive expressè sive tacitè fuit substitutum, liberum sit à querela inofficiosi ? Aff. th. 39. 638

Si post editam hæreditatem semel quis acquisierit possessionem, eam verò rursus amiserit, an illi quoque detur petitio hæreditatis ? Dist. th. 46. 642

An contra hæreditatis emptorem detur petitio hæreditatis ? Dist. th. 50. 644

Si quis putans ex asse se hæredem, partem dimidiam hæreditatis sine dolo consumpserit : cum ex semisse solus sit heres, quid restituere debeat, cohæredi ? Resp. Dimidiam partem residui, th. 56. 650

An distractis rebus restituendæ sint res earumque fructus, an autem pretia & usuræ ? Resp. Bonæ fidei possessor præstat pretium absque usuris, usque dum petita hæreditas fuerit : malæ fidei possessor utrumque th. 58. 650

An fructuum scilicet consumptorum aut venditorum usuræ debeantur ? Resp. quod post hæreditatem petitam perceptorum usuræ non præstentur. th. 58. 650

*Exercitatio XI.*

QV. Si donans instrumentum venditionis, illud quidem non tradat, constituat tamen, in hoc instrumentum donatarii nomine velle possidere, num videatur ita per constitutum translata Possessio ? Neg. 8. γ. 673

Quid restituere debeat is, qui rem dolo desierit possidere, cum res Domino restitui nequeat. Remiss. th. 12. β. 677.

Si quis rem alienam, e. g. furtivam, bona fide comparaverit, & hic rursus b. f. ante interpellationem domini in alium transtulerit, an dominus contra eum habeat actionem rei vindicatoriam ? Neg. th. 13. sed tamen competit actio in factum. 678

An una saltem recognitio ad probationem Dominii sufficiat ? Aff. th. 14. ζ. 11. c. 4. 682

An ex inscriptionibus & communi appellatione, videlicet domini, dominium istius prædii verè probetur ? Aff. si non sit actus amicitiæ. th. 14. ζ. 4. (1. 684.

An postea subsecuta evictione declaratus possessor malæ fidei etiam quoad tempus præteritum talis habendus ? Aff. th. 19. β. 688

Quosnam fructus dubitans restituat ? Resp. Judicis arbitrio reliquitur. th. 19. γ. 688

An bonæ fidei possessor omnes tum naturales tum industriales fructus percipiendo suos faciat ? Aff. th. 21. 889

An bonæ fidei possessor fructus, quos percipiendo suos fecit, domino rem suam vindicanti & evincenti restituere teneatur ? Dist. th. 22. 960

An eo casu, quô locupletior est factus bonæ fidei possessor, consumptos fructus non restituat ? Neg. de jure stricto. Aff. secundùm æquitatem. th. 23. 690.

An ei, qui non deductis impensis rem restituit, competat remedium, quo earum restitutionem possit consequi ? Neg. th. 36. 698

Num eô ipsô, dum supervenit mala fides, seu is, qui bonâ fide rem accepit, postmodum intelligit rem esse alienam, de Jure Canonico Publiciana cesset, seu moribus nostris, ubi utimur in materia usucapionis jure Canonico, sit sublata ? R. Publicianam etiam jure Canonico subsistere. th. 42. 702

An in causis, quibus absque traditione dominium transfertur, ut qui causam à non Domino habet, contra tertium possessorem possit experiri Publiciana ? Neg. th. 43. α. 702.

An detur Publiciana adversus titulo possidentem ? Aff. de titulo lucrativo ? Neg. de oneroso. th. 45. α. 703.

An detur actio Publiciana etiam contra eum, qui titulo pro hærede possidet ? Neg. cum distinctione th. 47. 705

An pensio canonis rectè possit constitui per relationem ad aliud ? Remiss. th. 56. α. 712

An

Source : BIU Cujas

An possit conferri in arbitrium tertii? Remiss. th. 56. α. 712.
An Feudum ut & bona majoratus Stam̃-Güter/ in Emphiteusin dari possint? Remiss. th. 60. β. 714.
Num ad contractum Emphiteuticum requiratur scriptura? th. 63. α. 715. & Ex. 24. th. 31. δ. 714.
An & quomodo jure locationis temporali & revocabili jus perpetuarium vel Emphyteuticum possit constitui? Aff. th. 64. α. 715.
Ubi pensio vectigalis vel canonis solvi debeat? Dist. th. 67. γ. 720.
An pactum istud, ut Dominus directus tributa vel alia onera sustineat, aliquid operetur respectu contrahentium? Remiss. th. 68. δ. 723.
An oblatio tantum necessaria sit in casu venditionis, an verò etiam in aliis alienationibus? th. 69. ζ. 725.
An Dominus declarans se nolle emere, celeriter pœnitentiâ ductus audiri debeat? th. 69. α. 726.
Num Emphyteuta irrequisito Domino possit subemphyteusin constituere? Aff. th. 70. 727.
Num Dominus directus propriâ autoritate Emphyteutam expellere seu possessione dejicere possit? Aff. Neg. Dist. th. 73. δ. 730.
Si inter Dominum & Emphyteutam convenerit, ut ex causis adductis illi liceret hunc expellere? th. 73. δ. 11. 731.

*Exercitatio XII.*

QV. Quare Compilatores Pandectarum præposuerint materiam servitutum personalium, Compilatores verò Institutionem prætulerint servitutes reales seu prædiales? th. 11. γ. pag. 735.
An si legetur usus fructus rei, adjectô onere servitutis, proprietas relicta censetur? Neg. th. 10. 744.
Si usus fructus eô adjecto legetur, ne rem alienet, an censeatur proprietas Legata? Neg. th. 11. 745.
Si usus fructus additâ potestate ipsam servitutem alienandi ac in alium transferendi, an proprietas potius censeatur legata? Neg. th. 11. ibid.
An Dominus possit rei, in qua alius usumfructum habet, servitutem imponere? Neg. th. 21. 756
An usufructuarius omnium bonorum sit obstrictus ad præstanda legata, & æs alienum exsolvendum? Neg. th. 24. 759.
An jus accrescendi locum habeat in quôcunque modô conjunctis? Aff. th. 28. δ. 763.
Si servo communi legatum est, & alter Dominorum repudiat, num alteri accrescat? Dist. th. 28. δ. 763.
Si quispiam usumfructum habens, saltem utatur non verò simul fruatur, an usumfructum amittat, & retineat saltem usum? Dist. th. 34. β. 767.
Utrum usufructuarius cedens extraneo usum fructum (jus personale) eô privetur? th. 35. η. 769.
Num quasi usus fructus etiam constituatur inter vivos per conventionem, num per ultimam voluntatem tantum? 38. α. 770.
Num cautio, quæ præstanda est in quasi usufructu, sit de substantia ususfructus? Dist. th. 38. ε. 771.
Num vestimenta ad verum num ad quasi usufructum referenda sint? Dist. th. 39. ε. 773.
Si horti vel arborum usus sit relictus, num foliis quoque uti liceat? Aff. th. 57. γ. 780.
Quid si alicui nudus usus in fundo Caji constituatur, qui ipsi sufficit ad vitæ sustentationem, postmodum verò eidem legatur usus â Mevio in ipsius fundo, num unus horum usus pro superfluo vel inutili sit habendus? Neg. th. 58. β. 781.
Utrum in usufructu etiam pignoribus caveri possit? th. 65. β 789.
Num pater usumfructum habens in bonis liberorum teneatur Inventarium facere? th. 67. γ. 791.
Si pater bona liberorum designasset, an postmodum jure jurando ea asseverare teneatur? Neg. th. 67. γ. 792.
An usufructuarius amittat fructûs post exactionem cautionis perceptos, an verò etiam ante cautionem petitam? th. 68. ε. 793.
An testator usumfructum legans possit remittere usufructuario cautionem? Dist. th. 70. 793. seq.

*Exercitatio. XIII.*

QV. Qualis sit servitus quæ in l. 3. ff. de S. U. P. dicitur jus luminibus officiendi? th. 13. p. 802.
Quid sit hastam rectam ferre? Resp. oblonga & erecta pertica. th. 21. γ. 809.
Num ligni appellatione contineantur Pfäle/ Reiff-Stangen und Zaunstecken? Neg. th. 29. ε. 811.

Num

Source : BIU Cujas

Num subditi, welche Holtz zu hauen oder zu führen dem Herrn dienstweise schuldig/teneantur Reiff/ Stangen und Zaunstecken zu führen? Neg. th. 29. ε. 818.

Utrum debeat electio dari loci, per quem dirigenda est servitus? Resp. Domino prædii servientis datur? th. 32. 823.

Num in servitutum præscriptione titulus seu causa ad Dominium transferendum habilis sit necessarius? Aff. Dist. th. 39. ι. 832.

Si duo convicini in eodem loco jus pascendi sibi attribuunt, & in controversia mota quasi possessionem sibi uterque promiscuè & æqualiter præbet: Uter horum obtinere debeat? Resp. Uterque communiter pro indiviso. Th. 44. ε. 836.

An illud tempus decennii, quo non-usu jura ammittuntur, duplicatum sit in jure venandi, & quidem in illa specie venationis, quæ certo anni tempore tantum instituitur? als in der Schweinhatz/oder in der Hirschbrunst? Dist. th. 57. θ. 848.

Si plures servitutes eidem in eodem fundo competant, an unâ amissâ, altera quoque amittatur? Dist. th. 62. & α. 850.

Si plures habeant servitutem in uno loco, v. gr. jus aquam ducendi per eundem rivum, & unus eorum jus suum per non-usum amiserit, utrum aliquid accrescat cœteris, qui rivo utebantur, ut v. gr. plus aquæ ducere possint? Neg. th. 63. 851.

*Exercit. XIV.*

QV. An feras majores prata vel agros depopulantes interficere liceat? Remiss. th. 11. γ. 853.

An prohibentes venationem teneantur ad emendationem damni per multitudinem ferarum dati? Remiss. th. 11. γ. 853.

Si quis servum lethaliter vulneravit, & alius eundem postea occiderit & exanimarit an uterque de occiso, an prior de vulnerato saltem teneatur? Dist. th. 24. γ. 874.

Si plures servum percusserint num omnes teneantur? Dist. th. 24. γ. ibid.

Unde & ex quo termino annus si retrorsum computandus, an â tempore occisionis, an vero â die vulnerationis? Resp. â die occisionis. Th. 25. α. 874.

Quis pœnam illam, si liber homo perierit, consequatur? th. 31. γ. 880.

*Exercit. XV.*

NUm pactum illud, quo creditorem constringit debitor, ut hic futuros heredes constringat in solidum subsistat? th. 8. η. p. 907.

Si uni ex duobus fratribus Feudum commune paternum in divisione in partem obvenerit, cui alter omni juri renunciavit, si sine liberis decederet, an Feudum ad Ecclesiam vel fratrem ejusque liberos perveniret? Remiss. th. 21. β. 111. 921.

An si domini ob divisionem mutantur, ita ut cuilibet certum territorium & eo pertinentia Feuda assignentur, renovatione Investituræ opus sit? Rem. th. 21. β. 111. 921.

An justè seu bonâ fide possidere dicatur, qui rem ex legitimâ causâ ipse apprehendit, vel ex justo titulo à Domino, vel ab eo, quem Dominum esse, aut jus transferendi possessionem habere putavit, accepit? Aff. th. 18. p. 151. & β. ib.

An solo etiam animo retineatur possessio, licèt alius in possessione sit? Aff. th. 19. γ. p. 152.

An solo animo retineatur possessio, quamvis neque ipse in possessione sit, seu corpore detineat, neque ejus nomine alius? Aff. Exerc. 42. lib. 41. tit. 2. th. 20. p. 152.

An planè vitiosus & injustus Possessor nihilominus pro Possessore habeatur? Neg. th. 23. a. p. 155.

An in specie bonæ fidei Possessor percipiat instar Domini fructus, & rem continuatâ legitimo tempore possessione usucapiat? Aff. Exerc. 42. lib. 41. th. 26 pag. 157. & a. ibid.

An differentia sit inter fructus suos facere & lucrari? Aff. th. 26. a. p. 157.

An, licèt res pupilli usucapi nequeat, fructus tamen bonâ fide ex eâ acquirantur? Aff. th. 26. a. p. 157.

An is, qui rem bonâ fide curavit & coluit, & curando non servavit solùm, sed etiam meliorem reddidit, fructus, qui inde percipiuntur, ferat culturæ & fidei suæ mercedem? Aff. th. 26. α. p. 157.

An longa possessio libertatis, per annos 40. inducat liberationem obligationis? Aff. th. 26. β. p. 158.

Si duo contendant de Principatu aut Ducatu, cuinam Vasallus præstare teneatur homagigium? th. 26. γ. 158.

An non solùm ex possessione præsumatur Dominium, sed etiam in dubio ex possessione diu divisim observata, præsumatur facta divisio? Aff. th. 26. γ. p. 158.

An is, qui fundum, quem alius possidet, colere, vel fructus inde percipere sibi arrogat, alterum in possessione turbet? Aff. th. 27. p. 158.

An turbatione possessio amittatur? Neg. th. 27. p. 159. η.

An sicuti corpore & animo in acquirendâ possessione opus, ita quoque utrumque ad eandem amittendam requiratur? Alii affirmant, alii negant. Th. 31. a. p. 161.

An solo corpore amittatur possessio, cùm quis de fundo recedit? Disting. th. 32. a. p. 162.

An alter, cui per constitutum possessio est constituta, postqunm illam amisit, remedium quoque retinendæ vel recuperandæ possessionis habeat? Neg. th. 32. γ. p. 162.

An Magistratus contra ordinem Juris procedat, si possessorem non prævià citatione & causæ cognitione à possessione expellat? Aff. th. 34. β. p. 164.

An Magistratus contra ordinem Juris procedat, si eum privet possessione, cujus planè injusta & vitiosa est possessio? Neg. th. 34. β. p. 164.

An nos amittamus possessionem, quando illi, ut servus, Colunus, per quos possidemus,



Source : BIU Cujas

mus, vel dejecti fuerint, vel nostrâ voluntate decesserint? Aff. th. 35. p. 165.
An morte possidentis amittatur possessio? Aff. th. 35. γ. p. 165
An morte concedentis amittatur possessio? Alii affirmant, alii negant. Thes. 35. γ. pag. 165. 166.
An arresto vera possessio amittatur? Neg. th. 35. γ. p. 166.
An Jurium incorporalium amittatur possessio, & quidem eorum, quæ certo fundo inhærent? Aff. th. 35. γ. p. 166.
An amittatur servitutis possessio, si quis in usu servitutis impediatur? Aff. th. 35. γ. p. 166.

*In Exercitatione XLIII.*

AN Usurpatio Juri naturali sit contraria? Neg. Exerc. 43. lib. 41. th. 2. δ. p. 168.
An usucapio & præscriptio invitis Dominis res suas auferat? Neg. th. 2. p. 169.
An adjectio & adeptio Dominii contraria sint? Neg. thes. 4. a. p. 170
An servus usucapere possit? Neg. thes. 7. pag. 171.
An is, qui possidendi jus & facultatem habet, usucapere possit? Aff. th. 7. a p. 172
An infans usucapere possit? Neg. thes. 7. δ. p. 172.
Quid, si alius autoritatem suam infanti accommodet? Neg. th. 7. δ. p. 172
An res furtivæ & vi occupatæ seu possessæ, item amotæ, & expilatæ usucapi possint? Neg. th. 9. p. 173.
An partus furtivæ ancillæ possit usucapi ab eo, qui f. b. ancillam habet? Distingv. th. 9. p. 173. & δ. p. 174.
An res furtiva fisco vindicari debeat? Neg. th. 9. a. p. 174.
An possit usucapi res immobilis vi possessa, sive à possessore violento? Neg. th. 9. β. p. 175.
An, si quis sciens rei alienæ immobilis possessionem sine vi ingreditur, eamque rem bonâ fide accipienti tradit, ejusmodi res præscribi possit? Aff. th. 9. β. p. 175.
An exemptæ sint Usucapioni res fisci, res Principis, Civitatis, Ecclesiæ, Pupillorum & Minorum? Aff. th. 10. p. 176. & α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. p. 177. 178. 179.
An bona vacantia à primo scientiæ momento cedant fisco, & quidem statim post nunciationem factam? Aff. th. 10. p. 177. γ.
An dubitans usucapere possit? Distingv. th. 12. p. 179. & β. p. 179. 180.
An error Juris usucapionem impediat? Aff. th. 12. p. 179. & δ. p. 180.
An sit justus titulus, qui legibus approbatus est? Aff. th. 14. p. 181. & a. ib.
An contractus simulatus pariat usucapiendi conditionem? Distingv. th. 14. β. p. 181.
An ad præscribendum idoneo titulo deficiente, bona fides præsumatur? Neg. thes. 15. γ. p. 182.
An titulus nullus & vitiosus paria sint? Aff. th. 15. γ. p. 182
An titulus cum possessione prævaleat titulo nudo? Aff. th. 15. γ. p. 182.
An Jura redituum acquirantur præscriptione? Aff. th. 16. a. p. 183
An annuis Reditibus ex pacto de retrovendendo in futurum solvendis præscribantur? Neg. th. 16 ε. p. 183.
Quanto temporis decursu præscriptio Jurisdictionis vires acquirat? th. 16. δ. p. 184.
An præscriptio acquiratur Jurisdictione? Distingv. th. 16. δ p. 184
An Jurisdictio consuetudine acquiratur? Aff. th. 16. δ. p. 184.
An possessionis continuatio inter heredem & defunctum ipso jure & sine facto hominis aliquo interveniente fiat, an verò facto & apprehensione hæredis opus sit? Alii affirmant, alii negant. th. 18. a. p. 185.
An possessio hæredis prosit successori, si alius in apprehensione possessionis prior fuerit hærede? Neg. th. 18. a. p. 186.
An feudi successio sine ullo facto in vasalli hæredem transeat? Neg. th. 18. a. p. 186.
An filiusfamilias in bonis paternis, si ea mortuo patre ab alio fuerint acquisita, habeat solùm remedium adipiscendæ possessionis, non retinendæ, Aff. th. 18. a. p. 186.
An cœpta usucapio à defuncto etiam ante aditam hæreditatem impleri possit, licèt alias vacet, & à nemine possideatur? Aff. th. 18. a. p. 186.
Cur successori universali sola defuncti bona fides sufficiat, successor verò singularis ipse, eo tempore, quô apprehendit possessionem, in bonâ fide esse debeat? Th. 18. β. p. 186.

Ande-

Source : BIU Cujas

An decimæ à Laicis usucapi possint? Neg. Pontif. th. 19. κ. p. 189.
An præscriptio quadragenaria ad annuos pertineat reditus, qui Ecclesiæ aliisve locis debentur? Aff. th. 19. κ. p. 189.
An centenale tempus in præscribendis Romanæ Ecclesiæ rebus requiratur? alii affirmant, alii negant. th. 19. μ. p. 189.
An quis ipse animo possessionem aliam sibi adscribere possit? Neg. th. 20. p. 189.
An de Jure civili in præscriptione longissimi temporis bona fides requiratur? Neg. th. 20. β. p. 189.
An Jure Canonico bona fides & in initio ac in progressu non solùm requiratur in præscriptione rerum & actionem Juris operante, sed & in eâ, quæ solam exceptionem producit, sive sit contra rerum ac jurium, quæ possidentur, vindicationes, sive actiones personales? affirmant alii, alii negant. th. 21. α. p. 190.
An rebus furtivis possit præscribi ab ipso fure? Distingv. th. 22. p. 190.
An is, qui à Domino vero jus quoddam concessum habet, ad obtinendam proprietatem ulla temporis præscriptione se munire queat? Neg. th. 22. p. 190.
An in rebus meræ facultatis locum habeat ulla præscriptio? Neg. th. 22. p. 190.
An juribus facultatis ullâ unquam temporis intercapedine præscribatur? Neg. th. 22. δ. p. 192.
An juri luendi pignus, ac juri redimendi res, cum pacto de retrovendendo vendita, longissimo tempore præscribatur? affirmat Autor, alii negant. th. 22. p. 191. & κ. p. 192. & 193. & λ. p. ib.
An quis à contributionibus etiam Turcicis & aliis Imperii collectis se liberare possit præscriptione immemoriali? Exerc. 43. lib. 41. tit. 3. th. 24. γ. p. 194.
An venatio immemoriali tempore acquiri possit? Aff. th. 24. δ. p. 194.
An possit Dominus fundi, qui Jurisdictionem habet, præscriptionem per pignorationem interrumpere, pignusque retinere? Affir. Exerc. 43. lib. 41. tit. 3. th. 27. a. p. 196.
An procedat Usucapio, si major res tradita, quàm vendita fuerit? Affirm. thes. 31. γ. p. 198.
An res sub conditione vendita, usucapi possit, pro emptore, pendente conditione? Neg. th. 31. γ. p. 198.
An res apud transigentem actorem existens, novâ traditione non insecutâ, usucapi possit? Affirm. Exerc. 43. lib. 41. tit. 4. th. 31. ε. p. m. 198.
An non solùm extraneus, sed & suus heres rem singularem alienam, non hereditariam, tanquam hereditariam pro herede usucapiat. Alii affirmant, alii negant. th. 33. α. p. 199.
An pro bonorum possessore usucapiat, cui jure prætorio hereditas & res in ea non hereditaria obvenit, vel qui ex justâ causâ se bonorum possessorem putat? Affirm. th. 34. p. 199. α. p. ib.
An is, qui simpliciter pro possessore possidet, usucapiat? Neg. th. 34. p. 199. β. ib.
An quis ex falsâ opinione rem pro derelicto possit usucapere? Neg. th. 37. α. p. 200.
An is pro legato usucapiat, cui res aliena legata & tradita est? Aff. th. 38. p. 200.
An is pro legato usucapiat, cui testatoris quidem res legata, sed ademta codicillis, ipso ignorante? Aff. th. 38. p. 200.
An pro legato usucapiat fidei commissarius singularis & mortis causa donatarius. Aff. th. 38. α. p. 201.
An res aliena legari possit? Affirm. th. 38. δ. p. 201.
An pro dote usucapiat maritus, qui alienam rem in dotem accepit? Aff. th. 40. p. 201.
An exceptioni præscriptionis per pactum renunciari possit? Alii affirmant, alii negant. th. 42. α. p. 203.

*In Exercitatione XLIV.*

AN sententia sit pronunciatio judicis super causa in judicium à partibus litigantibus deducta? Affirm. thes. 4. p. 204. & α. ibid.
An sententia interlocutoria non minus sit sententia quàm definitiva? Affirm. th. 4. γ. p. 205.
An statutum disponens de sententiis, comprehendat etiam interlocutoriam? Affir. th. 4. γ. p. 205.
An omnis interlocutoriam vim definitive obtineat, quæ vel non sperat aliam sententiam post se, vel per quam expirat officium Judicis, aut quæ causa principalis substantialem decidit articulum? Affirm. th. 4. γ. p. 205.



Source : BIU Cujas

An sententia in possessorio sumariissimo lata, inter locutoria sit, usque dum plenariè de possessione cognoscatur? Affirm. th. 4. γ. p. 205.

An sententia definitiva & interlocutoria inter se differant? Aff. th. 4. ε. p. 205.

An incompetens sit judex, qui cum ad certum tempus fuerit datus, eo elapso, sententiam ferat. Exercit. 44. lib. 42. tit. 1. th. 5. β. p. 207.

An inhibitio ab incompetente Judice emissa ipso Jure sit valida? Neg. th. 5. β. p. 207.

An ipse Judex sententiam publicare debeat? Aff. th. 5. γ. p. 208. Excip. ib.

An etiam sub conditione sententia ferri queat? Distingu. th. 5. μ. p. 210.

An Judex secundùm acta & probata, an verò secundùm conscientiam judicare debeat? th 5. ν. p. 211.

An incerta sententia ipso jure valeat, & transeat in rem judicatam? Neg. thes. 5. ο. p. 211.

An certa debeat esse sententia non solùm ratione rei, sed etiam ratione personæ, quæ condemnatur vel absolvitur? Affirm. thes. 5. υ. p. 212.

An regulariter immunes sint à restitutione expensarum Clericus, fiscus, rusticus, pupillus, mulier, censitus, curator bonorum, & falsus tutor? Neg. th. 6. γ. p. 213.

An liber sit ab expensis victus, si sit persona honesta, fide digna, & spectatæ probitatis? Aff. thes. 6. γ. p. 213.

An regulariter condemnatus in expensas damna restituere teneatur? Neg. th. 6. ι. p. 214.

An victus, qui expensas & damna restituere tenetur, si ob paupertatem id præstare nequeat, in corpore pœnam luere debeat? Aff. th. 6. ε. p. 214.

An, quando certus numerus Collegio præscriptus est, nec simul ea lex addita, us omnes ex Collegio, vel certa illorum pars ad sententiam dicendam necessariò concurrere debeant, aliquorum absentia sententiam faciat invalidam? Neg. thes. 8. α. p. 214.

An, quando de pluralitate votorum constat, disceptandum sit, an etiam sanior sit plurium sententia. Neg. th. 8. β. p. 215.

Quid dicendum, si paria adsint vota? th. 8. γ. p. 215.

An, si unus ex judicibus delegatis moriatur, reliquorum jurisdictio expiret? Affirm. th. 8. δ. p. 215.

An Reipublicæ intersit, ut rerum judicatarum sit autoritas constans & firma. Aff. thes. 11. α. p. 216.

An mulier possit propriâ autoritate occupare possessionem rerum dotalium, aut pro dote obligatarum? Neg. th. 17. β. p. 220.

An propriâ autoritate executionem facere possit Creditor, si ei in instrumento data sit facultas propria autoritate ingrediendi bona? Aff. thes. 17. β. p. 220.

An possit Judex imploratus executionem denegare? Neg. th. 17. ζ. p. 221.

An teneatur Debitor, adversus quem executio facienda, feras & ferramenta forium & cistarum, in quibus asservari solent mobilia, aperire, eaque manifestare? Aff. th. 18. θ. p. 222.

An sententia contra proprietarium lata, præjudicet usufructuario in usufructu non vocato, nec citato? Neg th. 22. β. p. 227.

An sententia contra Usufructuarium lata præjudicet proprietario in proprietate? Neg. th. 22. β. p. 227.

An sententia super feudo contra vasallum lata agnatis cœterisque successoribus ex primâ investitutâ vocatis, non citatis & ignorantibus præjudicet? Affirm. thes. 22. β. p. 227.

An confessio extrajudicialis in criminalibus ad condemnationem sufficiat, sive sit geminata sive non? Neg. th. 23. δ. p. 228.

An necesse sit, ut adversarius confessionem alterius in judicio factam acceptet? Alii negant, alii affirmant. th. 23. λ. p 229.

An iis denegetur beneficium cessionis, qui in fraudem Creditorum bona alienârunt, aut dissipârunt; qui spe ac animo cedendi contraxerunt, scientes se non esse solvendo; qui fôrô cedunt, ac multorum pecuniis interceptis, contra fidem, quam dederunt, solum vertentes aliò confugiunt? Aff. th. 28. p. 230. & α. β. γ. δ. ε. ζ. pag. 231. 232.

An subsistere possit debitum vel obligatio absque causa debendi? Neg. th. 29. β. pag 233.

An citatio creditorum ad cessionis actum fieri debeat, à cedentis Judice, & quidem ad

Source : BIU Cujas

ad forum domicilii, etsi debitor jam aliò migraverit? Aff.th.29.n.p.234.

An cessio Bonorum possit fieri tam in judicio, quàm extra Judicium? Affirm. thes. 29. n. p.234

An veniant in cessionem bona debitori relicta testamento, cum prohibitione alienationis? Neg. th.30.γ.p.234

An Curator bonis datus, ea creditorum nomine, & quidem sub hastâ publicâ vendere debeat? Aff.th.31.α.p.235

An ad officium ejus pertineat pretium ex bonis redactum pro rata crediti inter creditores dividere, salvo tamen cujuslibet privilegio & hypothecâ? Aff.th.31.α.p.235

An bonis cedens ab officio removeri possit? Neg. th.32.α.p.237

An bonis cedens ab officii administratione suspendi possit? Neg.th.32.α.p.237

An dilatio quinquennalis, à majori parte creditorum facta, debitorem liberet à cessione bonorum, vel etiam de jure Saxonico à carcere? Aff. th.32.ε.p.237

An dilatio quinquennalis debitori à Creditoribus concessa, illi solùm, an verò etiam fidejussoribus prosit? Affirm. posterius thes.32.ε. p.238

An literæ ejusmodi quinquennales noceant quoque Creditoribus supervenientibus, de quibus tempore dilationis concessæ fuerit cogitatum? Neg.th.32.ε.p.238

An debitor obtentis induciis moratoriis, dein, si velit, ad flebile cessionis adjutorium confugere queat? Neg.th.32.ε.p.238

An quinquennales induciæ Creditoribus ratione præscriptionis noceant? Negat. thes. 32. ε. p.238

An usuræ medio tempore, durante scilicet dilatione, exigi queant? Negat. thes. 32. ζ. p.238

An usuræ post elapsum tempus induciis præfixum, unà cum sorte, peti queant? Alii affirmant, alii negant. th.32.ζ.p.238

An Debitores, decoctores, ac malitiosi sint incarcerandi, licet omnibus suis bonis cedere velint? Aff.th.32.n.p.239

An Debitores, qui absque suâ culpâ, fortunæ vitio, & aliquo infortunio, incendio, rapinâ, furto, ruinâ, sterilitate agrorum, monetæ depravatione, vel mutatione ad inopiam & calamitatem fuerunt redacti, sint incarcerandi? Neg. th.32.n.p.239

An Pupilli vel Minores ob debita sint incarcerandi? Neg.th.32.n.p.239

An Clerici debitores inter cancellos officii, cui remanentes sint incarcerandi? Negat.th.32.n. p.239 Limit.ib.

An incarcerari possint jurium aliarumque scientiarum Doctores propter debita. Neg.th.32.n. p.239

An Nobiles mercaturam aut alias sibi indecoras artes non exercentes ob debita incarcerari queant? Neg.th.32.n.p.240

An à carceris metu immunes sint, quibus competentiæ beneficium jure tribuitur? Aff.th.32.n. p.240

An mulieres obæratæ sint incarcerandæ? Neg. th.32.n.p.240

An mulier tutrix, quæ renunciavit SCto Vellejano aliisque beneficiis pro isto sexu proditis, ob debita incarcerari possit? Aff. thes. 32. n. p.240

An ob illiquida debita ad media executiva jure procedatur; & an quis pro iis capi vel personaliter detineri possit? Negat.thes. 32.n.pag. 240

An Creditor debitorem propriâ autoritate capere possit? Neg.th.32.n.p.241.

An major Creditorum pars cum Debitore paciscens, eique debiti quotam remittens, reliquos quoque Chirographarios pro rata obliget? Aff.th.32.n. p.241

An major Creditorum pars non ex cumulo personarum, sed ex quantitate debiti æstimetur? Aff.th.32.n.p.241

An Hypothecariis, iisque Creditoribus, qui arresta in bonis debitorum anteriora obtinuerunt, ejusmodi remissio noceat. Neg.th.32.n. p.241

An Remissio ejusmodi sit alicujus momenti, si in odium minoris partis à majori parte fuerit facta. Neg th.32.n.p.241.

An prosit remissio debitori facta, etiam ejus fidejussori. Aff.th.32.n.p.241

An ad cautionem præstandam de indemni servando debitore Creditor teneatur, & ad id condemnari possit. Negat. thes. 32. n. p.241

An Creditor, si ipsi minus utiles futuræ sint operæ, possit eas aliis sui causa delegare



Source : BIU Cujas

aut locare ? Affirm. cum limit. thes. 32. η. p.241.

An Creditor Debitorem ad manus sibi datum ad instar reliquæ familiæ alere debeat ? Aff.th. 32.η.p.241.

An Creditor, qui Debitorem in alium districtum abducere vult, uxori & liberis postulantibus, per pignora aut fidejussores idoneè satisdare teneatur, de ipso alendo, non lædendo, & tandem post receptam satisfactionem incolumem restituendo ? Aff. th. 32. η. p.241.

An ex miserabili casu inopes facti possint ad manus Creditoris addici? Neg.th.32.p.242.

An prosit cessio à Debitore principali facta fidejussori? Neg.th.33.p.243.&α.ibid.

An si pupillus, furiosus & prodigus non defendantur, in horum bona possit fieri missio, sin autem postea defendantur, debeat missus possessione discedere ? Affirm. thes. 36. pag. 244.

An immissionem in genere petere possint Creditores, Fidejussores, Heredes eorum, qui in jus defuncti succedere, & personam defuncti per omnia repræsentare dicuntur? Item Cessionarium; ipse cedens post cessionem factam actionum directarum : Procurator vel simplex mandatarius ; Incarcerari & per capturam detenti ; Tutores & Curatores nomine pupillorum & minorum ; Maribus proprio nomine, sine uxoris mandato, pro dote sibi promissa ; Mulier soluto matrimonio, ratione dotis ; Successor singularis adversus debitores hereditarios ; Omnes denique Prælati Ecclesiarum & Communitatum, item Oeconomi, Hospitalarii, & similes personæ, quibus à lege defertur administratio ? Aff th.37.p.245,α.β.

An Creditor res mobiles præcisè in solutum accipere teneatur ? Negat. thes. 42. α. pag. 249.

An in concursu Creditorum necessariò omnium Creditorum consensus requiratur ? Neg.th. 42.α.p.249.

An si plures concurrant emptores, & eorum alter pecuniam præsentem, alter verò distinctis terminis exsolvendam offerat, is, qui paratam exsolvere vult pecuniam, præferatur alteri, etiamsi minus licitetur pretium ? Aff. th. 42. β.p.250.

An per addictionem & adjudicationem plenissimum Dominium tam directum quàm utile, & possessio integraliter & irrevocabiliter transferatur ? Aff.th.42.γ.p.251.

An Pupillorum, furiosorum ac prodigorum, nec non minorum bona ex edicto possideri possint, si non defendantur ? Affirm. th. 43. γ. p.251.

An expensæ judiciales, si bona debitoris ad exsolutionem omnium Creditorum non sufficiunt, pro rata illis Creditoribus, qui solutionem suam accipiunt, decurtentur ? Aff.th. 47.δ.257

An literæ quinquennales à Principe impetratæ, ad debitum mercedis pertineant ? Neg.th.47. ζ.p.258

An fors ipsa, quæ data fuit venditori, dum emerentur annui reditus, idem privilegium habeant, quod reditus ? Aff.th.47.ζ.p.260

An probatio dotis solutæ & illatæ facienda sit per testes, documenta vel alium legitimum modum ? Aff.th.49.η.p.265.

An inter testes etiam admittantur fratris uxores ? Aff.th.49.κ.p.265.

An probata dotis illatione fruatur uxor prælatione in omnibus omninò mariti sui bonis, etiam rebus expeditoriis ? Affirm. th. 49.κ. p.266.

An privilegium personale in omnibus debitoris bonis locum habeat ? Affirm. thes. 56. ν. p.278

An id, quod uni ex chirographariis à debitore solutum est, à reliquis chirographariis repeti possit ? Neg.th.57.σ.p.279

An eodem jure prælationis gaudeant fors ac usuræ ? Aff.th.58.p.279.&α.ib.

An fidejussor, si pro principali debitore aut usuras majores solvit, aut etiam ad extinguendum debitum principalis, pecuniam sub usuris majoribus acceperit, eas in concursum Creditorum repetere possit ? Neg. th. 58.δ. p.280

An in pacto ἀντιχρήσεως Creditor fructus pignoris invicem usurarum percipere queat? Aff. th.58.λ.p.281

An concursus Creditorum cursum usurarum sistat ? Neg.th.58.λ.p.281.

An Creditor, cui aliquid ex delicto debetur, separationem impetrare possit ? Aff. thes.59.α. p.283.

An à

Source : BIU Cujas

An à Creditore, cui fidejussor obligatus erat, ad ejus instantiam separatio peti, queat, licet per debitoris successionem obligatio fidejussoria extincta sit? Affirm. th. 59. ζ. p. 284.

An Heredis Creditoribus contra defuncti Creditores separatio regulariter concedatur? Neg. th. 62. p. 285. & α. p. 286.

An quando res hereditariæ & ipsius heredis propriæ, distinctis in locis reperiuntur, separatio in foro domicilii petenda sit? Affirmat. thes. 63. ε. p. 286.

Si non sufficiant bona hereditaria, heres autem solvendo sit, an Creditores defuncti ad heredem reverti queant? Neg. th. 64. p. 287. & γ. ib.

An elapso quinquennio à tempore aditæ hæreditatis inchoato, beneficium separationis indulgeatur? Neg. th. 65. α. p. 287.

An bonis absentis Curator constituendus sit? Aff. th. 67. α. p. 289.

An Curator Bonorum, antequam administret, bona describere, & copiam Creditoribus, quando fuerit petitum, exhibere debeat? Aff. th. 71. β. p. 291.

An Curator Bonorum solenne teneatur conficere inventarium ita, ut, si id non fecerit, contra eum in litem jurari possit? Alii affirmant, alii negant. th. 71. β. p. 291.

An Tutor vel administrator donationem vel liberalitatem de rebus sui principalis exercere valeat. Neg. th. 71. γ. p. 291. Exc. ib.

An salarium petere possit Curator, sive illi ab initio à Judice certum sit constitutum aut assignatum, sive non? Affirm. thes. 72. ε. p. 292.

An Judex in decernendo salario Curatori, considerare debeat servitii genus, an in rebus levibus, vel gravibus, sive onerosis consistat &c. Affirm. th. 72. ε. p. 293

An Curatore bonorum initio anni cœptæ administrationis mortuo, nihilominus hæredibus ejus totius anni salarium debeatur? Aff. th. 72. ε. p. 293.

An Curatori bonorum privilegium prælationis pro impensis ad conservanda debitoris bona competat? Aff. th. 72. ε. p. 293.

An actio revocatoria competat adversus Legatarios & fideicommissarios, quibus in fraudem, h. e. damnum & præjudicium Creditorum res quædam sunt legatæ, pro revocandis legatis & fideicommissis. Affir. th. 76. γ. p. 297

Si Debitor cuidam Creditori, in exigendo debito, sibi vigilanti, solverit, an cœteri Creditores id possint repetere? distingv. Exerc. 44. lib. 42. tit 7. thes. 80. p. 298. & α. ibid.

An si de Jure alicujus certò constet, & is sit privilegiatus, ut ei nemo præferri possit, ei adjudicari res queat, pendente licet processu? Affir. th. 81. γ. p. 299

An, si liquidatus ante concursum motum nomen sui debitoris cesserit Creditori, cum facultate exigendi, & Creditori tali satisfactum sit ante concursum, illud nomen in concursum veniat? Neg. th. 81. γ. p. 299.

*In Exercitatione XLV.*

AN possit hodiè possessio vacans, adhibitis Notario & Testibus apprehendi, ita ut super facta apprehensione instrumentum publicum conficiatur, quo judicialiter producto possessio comprobatur? Aff. th. 8. p. 305. & ι. p. ib.

An mandatum sine clausulâ locum habeat adversus eum, qui bona naufragorum in commissum cadere existimat, eaque sibi adjudicat? Aff. th. 11. α. p. 307.

An utile interdictum competat contra eum, in quem post mortem illius, de cujus hereditate agitur, in præjudicium hereditatis ab eo, quis jus alienandi non habuerit, est alienata? Affir. thes. 16. p. 310. & δ. ibid.

An in hoc interdicto exactæ requirantur probationes? Neg. th. 18. γ. p. 311

An cesset interdictum hoc, si quis possessionem rerum hereditariarum semel acquisitam rursus amiserit? Aff. th. 18. γ. p. 311.

An heres ab intestato possit pro se testamentum proferre? Neg. th. 20. ε. p. 312.

An testamentum in originali, uti vocant, sit, producendum, an verò exemplum vel transsumtum etiam probet? Regulariter negatur. th. 21. p. 312.

An Executor Testamenti, & pater nomine filii coram Judice competente testamentum offerre & missionem petere possint? Aff. th. 23. δ. p. 313.

An restitutio legati declinari, & audacia purgari possit, si heres non sit solvendo, aut suspectus de fuga, si sit homo severus, à quo sine ma-

Source : BIU Cujas

ne magnâ difficultate legatum extorqueri non potest. Aff. th. 26. γ. p. 311
An quis possit mutare consilium suum in alterius detrimentum? Neg. th. 31. β. p. 317
Quid si sine dolo malo, & sine vi de possessione decesserit immissus, & postea rursus immitti petat, debitor verò opponat, ipsi satisfactum jam esse ex fructibus? th. 33. α. p. 318
An viæ publicæ hodiè in Regalibus ponantur, ita ut Imperator vias habeat publicas proprietate & Imperio; status verò Imperii illas jure territoriali possideant? Aff. th. 55. p. 327. γ.
An quis tunc viam publicam habeat, si castrum cum suo territorio, in quo sita via publica, ipsi concessum sit. Neg. th. 55. p. 328. γ.
An, si in via publica crimen perpetretur, cognitio istius criminis ad Dominum territorialem excluso feudatario Domino jurisdictionis pertineat? Affirm. th. 55. γ. p. 328
An, si in confinio territoriorum cadaver interfecti reperiatur, & utriusque solum parte aliqua corporis premat, ei, hoc casu, de crimine cognoscendi, & quæ huic annexa sunt, faciendi potestas competat, in cujus territorio demortui caput quieverit? Aff. th. 55. γ. p. 328
An via publica, si intra duo territoria existat, communis sit utrinque vicinantium? Aff. th. 55. γ. p. 328
An cesset communio viarum publicarum, quando alter Dominus viam publicam, in totum dominando per 30. vel 40. annos bonâ fide possedit. Aff. th. 55. γ. p. 328
An ad reparationem viarum publicarum conferre teneantur omnes, sine omni exceptione? Aff. th. 55. γ. p. 328
An quis viâ publicâ uti probibendus sit. Distingv. th. 69. α. p. 332
An transitus peregrinantium in quibusdam locis ob certas easque non contemnendas rationes jure sit restrictus? th. 69. α. p. 332.
An in nonnullis regnis ac principatibus Judæi tam ob singulare odium, quo adversus Christianos flagrant, quàm ob fallendi ac decipiendi calliditatem publico gaudeant commeatu? Neg. th. 69. α. p. 332
An viarum publicarum libertas possit restringi ratione facultatis negotiandi, seu commercia exercendi? Aff. th. 69. α. p. 333
An certarum mercium invectio à potestate civili prohiberi possit, nempè, quæ ad luxum, libidinem aut pompam comparari solent? Aff. thes. 69. α. p. 333
An hostes, proditores, desertores, deprædationes & latrocinia exercentes, item exploratores jure viarum publicarum securitatis expertes sint? Affirm. thes. 69. α. p. 333
An hostes commerciorum jure gaudeant? Neg. th. 69. α. p. 333
An ad vias publicas totas & securas servandas teneantur Domini Territoriorum qui regalia viarum publicarum habent, præsertim si à peregrinantibus tributum & pedagium accipiant, & jus conducendi, die Geleits-Herrlichkeit / habeant? Affir. th. 69. α. p. 333
An conductores teloniorum aliorum redituum habeant etiam jus in re conducta? Aff. th. 73. α. p. 334
An aurigæ, ne vectigal defraudent, viam publicam sequi teneantur? Affirm. th. 73. α. p. 334
An urinam effundere liceat in platea, si via fœtida reddatur? Neg. th. 74. β. p. 335
An possit conductor ædium vel fundi compelli, ut onera publica præstet, & ea computet locatori in mercedem? Affirm. th. 74. θ. p. 336.
An rixas Judex in publicâ plateâ impedire & punire debeat? Aff. th. 74. p. 336
An quis amittat jus, etiamsi diu eo non fuerit usus? Neg. th. 78. p. 337
An vicinalis via per non-usum longi temporis amitti possit. Aff. th. 78. α. p. 337
Quid sit Jus Gratiæ. th. 85. ε. p. 340
An is, qui Jus Gratiæ vi Superioritatis territorialis habet, alios traducere ligna impedire possit. Aff. th. 85. ε. p. 340
An Jus Grutiæ Princeps & superior in tantum exercere possit in flumine, ut nec illi, qui proprietatem fluminis & jus piscandi in eo habent, hoc impedire valeant. Aff. th. 85. ε. p. 340.
An Princeps invitus cogi possit, ut permittat vicinum, consuetum vectigal, Zoll und Geleits-Geld solvere paratum, per flumen terri-

Source : BIU Cujas

territorii sui lignum ad alium locum transvehere? Neg. th. 85. ε. p. 340.

An Jura respectu fluminum & riparum inter Regalia referantur? Aff. th. 86. α. p. 341.

An portus æquè artificiales ac naturales, quoad Jurisdictionem & Imperium Regalibus accenseantur? Aff. th. 86. α. p. 341.

An Princeps & alia Respublica libera quælibet securitatem ingredientibus portum præstare & cavere debeat, ne ullum damnum sustineant? Aff. th. 86. α. p. 341.

An liceat privatis molam in flumine publico exstruere? Neg. th. 87. p. 341. β. 342.

An liceat superiùs molendinum ædificare, quo inferiori aqua subtrahatur? Neg. th. 87. pag. 342.

An regulariter alicui liceat novũ molendinum, si modò potestatem ædificandi molam habeat, vel impetraverit invito vicino exstruere? Aff. th. 87. γ. p. 342. Limit. ibid.

Utrum invito eo, qui malam in flumine publico aut privato longissimo & hominis memoriam excedente habuit tempore, alius in vicino flumine alium exstruere possit? Aff. th. 87. γ. p. 342.

Si quis opus aliquod, vel biennium, vel ultra annum habuerit, an alter postmodum animadvertens solitum cursum per id immutatum esse, interdicto, ne quid in flumine publico fiat, quò aliter aqua fluat, &c. uti possit? Aff. th. 91. p. 343.

Quid, si ripæ muniendæ gratiâ hæres quid facere contendat, an & tunc interdictum locum habebit? Aff. th. 91. β. p. 343.

An, si grande damnum detur à flumine agris meis, licitum mihi sit avertere & immutare cursum, licet id noceat aliis? Aff. thes. 91. γ. pag. p. 344.

An possit territorii Dominus ratione fluminum prohibere, ne quis externus omninò per ea ea naviget, aut navigationem non nisi certâ lege certove onere habeat? Aff. th. 95. α. p. 345.

An actus, qui habet contradictionem & resistentiam antiquioris possessionis, pro legitimo actu possessorio allegari possit? Neg. th. 103. γ. p. 349.

An licet conductor possessionem nulli alii, sed locatori solùm restituere debeat, nihilominus tamen possit volente locatore possessionem, quam ipse non habet, dare emptori? Aff. th. 103. μ. p. 349.

An is, qui vendicat fundum, à quo dejectus erat, possit pendente hoc judicio, interdicto de vi & vi armatâ uti; sicque mutare libellum? Aff. th. 103. μ. p. 349.

An is, qui à Judice spoliatus, vel sine causæ cognitione de possessione dejectus, ante omnia restituendus sit, non aliter ac si à privato spoliatus esset? Affirm. th. 103. ο. pag. 350.

An sententiam Judicis pro se habens citra autoritatem judicialem eam exequi, & propriâ authoritate possessionem apprehendere possit? Neg. th. 103. ο. p. 350.

An contra Dominum, qui vi rursus dejicit manifestum prædonem, detur interdictum de vi & vi armatâ? Distingv. th. 109. pag. 354. α. ibidem.

An, si res mobiles restituendæ fortè casu interierint, dejiciens nihilominus ad eas restituendas teneantur? Aff. th. 112. pag. 356. & α. ibid.

An interdicto retinendæ possessionis uti possit usufructuarius, licet nec civiliter, nec naturaliter possideat? Aff. th. 118. γ. p. 360.

An interdictum retinendæ possessionis competat Emphyteuticario, si scil. quis alius Emphyteutam se esse asserat, & alterum Emphyteutam esse negat, & ita in possessione emphyteuseos turbet? Affirm. thes. 118. γ. p. 360.

Quid de sequestro dicendum? thes. 118. ν. pag. 360.

Quid de cessionario? Th. 118. ν. p. 360.

An dejecto de possessione detur interdictum retinendæ possessionis? Alii affirmant, alii negant. Th. 118. ϑ. p. 361.

An interdictum retinendæ possessionis etiam injustum possessorem, eum scil. qui vi, clam, vel precariò ab extraneo possidet, defendat? Aff. th. 118. μ. p. 362.

An ego, licèt eum, qui me dejecit, non possim rursus dejicere ex intervallo, impunè tamen possim turbare? Affirm. thes. 118. μ. p. 362.

An Possessor in suâ possessione tamdiu sit defendendus, donec vitium probaverit actor? Aff. th. 118. μ. p. 362.



Source : BIU Cujas

An interdictum retinendæ possessionis competat contra turbantis heredem, qui vim non intulit? Affirmant alii, alii negant. th. 119. α. p. 362. & β. p. ibid.

An antiquior possessio collata cum juniori, ideo præferatur, quòd quò vetustior est possessio, eò minùs clandestina, violenta aut vitiosa censeatur? Aff. th. 120. p. 364.

An contra illum detur interdictum, uti possidetis, qui cœnaculum alterius fundo imposuit: Qui verò jus superficiei habet, non interdicto, uti possidetis, sed speciali experiatur contra turbantem. Affirm. th. 122. α. p. 365.

An interdictum de superficiebus sit remedium prætorium, prohibitorium retinendæ possessionis, quo se tuetur possessor superficiei adversus turbantem. Affirm. th. 128. γ. pag. 370.

An utile interdictum superficiarium competat Emphyteuticario & fundatario, si in possessione emphyteuseos vel feudi turbentur? Aff. th. 128. γ. p. 370.

An differentia sit inter actionem confessoriam & interdictum de servitute. Aff. thes. 132. α. pag. 372.

An possit aut alio tempore, aut alio modo, aqua duci, quam quò hactenus ducta est. Neg. th. 134. θ. p. 374.

An possit quis alio tempore ligna cædere, quàm quo hactenus id fecit? Neg. thes. 134. θ. pag. 374.

An in interdicto de aquâ quotidianâ & æstivâ præter quasi possessionem probandum quoque sit jus & titulus servitutis. Exerc. 45. lib. 43. tit. 20. th. 141. ζ. p. 377. alii affirmant, alii negant.

An refectio cloacæ privatæ pertineat ad prædium dominans quoad sumtus, prædium verò serviens tantum pati debeat refectionis opus? Affirm. Exerc. 45. lib. 43. tit. 20. th. 147. δ. p. 380.

An opus reficiendæ cloacæ spectet ad prædium dominans. Distingv. th. 147. δ. p. 380.

An refectio cloacæ publicæ publicam mereatur curam, pertineatque ad merum officium Magistratus, etiamsi nemo persequatur? Aff. th. 147. δ. p. 380.

Si mihi locum necessarium in alieno habere liceat, locus verò ille excrementis jam impletus sit, an exoptare liceat, eandem per fundum alienum, in quo cloacam habeo. Neg. th. 147. ε. Limit. ib. p. 381.

Cùm verum sit, posse quem purgandarum cloacarum gratiâ vicini ædes intrare, & rescindere pavimenta, quæritur, an idem sit in loco necessario purgando? Neg. th. 147. ε. pag. 381.

An possessio precaria per se sit vitiosa? Neg. th. 156. α. p. 386.

An interdictum de precario detur adversus eum, qui rem precariò habet, aut dolo fecit, ut habere desineret? &c. Aff. th. 159. pag. 389.

An interdictum de precario detur contra eum, qui habitationem precariò accepit? Aff. th. 159. a. p. 389.

An interdictum de precario competat adversus eum, qui precariò rem accepit, sive ipse, sive ejus nomine alius acceperit? Aff. th. 159. ζ. p. 390.

An adversus eum detur, qui rem propriam precariò possidet? Aff. th. 159. ζ. p. 390.

An res in individuo sit restituenda, unà cum fructibus, post interdictum scil. editum? Aff. th. 160. α. p. 391.

An adjuvandus sit precariò tenens exceptione pacti, contra repetentem, & possessionem ipsi ante tempus constitutum auferre volentem? Alii negant, alii affirmant. th. 160. γ. pag. 391.

An precarium & conductio inter se concurrere, ac simul subsistere possint? Aff. th. 160. δ. p. 391.

An præsumptio una alteram tollat, & fortior vincat debiliorem? Aff. th. 160. δ. p. 391.

An detur precarium reciprocum? Aff. th 160. δ. p. 391.

An possidens precariò possit præjudicare Domino, si possessionem derelinquat, aut alteri tradat? Neg. th. 160. δ. p. 391.

An Principes aliique Status Imperii, imò & Nobiles Jurisdictionem altam habentes rectè soleant delinquentes ad locum commissi delicti, precariò, jure amicitiæ ac vicinitati remittere? Aff. th. 160. δ. p. 391.

An precarium allegati probatio incumbat? Aff. th. 160. ib.

An interdictum de libero homine exhibendo sit perpetuum? Aff. th. 164. ι. p. 395.

An in-

Source : BIU Cujas

An interdictum hoc concurrat cum Lege Fabria de Plagiariis, ex quâ criminaliter agi queat. Aff. th. 164. ι. p. 395.

An contra matrem binubam, quæ pupillum detinet ad instantiam tutoris, decernatur mandatum sine clausulâ? Affirm. th. 164. ι. p. 395.

An, si quis filiam suam, quæ mihi nupta est, velit abducere, vel exhiberi sibi desideret, cessset interdictum de liberis exhibendis, item ducendis. Affirm. th. 167. p. 397. & γ. p. 398. hodiè neg. ib.

Sed quid, si nimium sæviat maritus in uxorem. Ibid.

Quale sit hoc interdictum, marito contra patrem vel alium detinentem uxorem competens, directum an utile? th. 167. δ. p. 398.

An, si quis liberum hominem invitum apud se retineat, nec ei facultatem, quo velit, eundi recedendive permittat, possit hac actione ne conveniri, ut eum exhibeat & dimittat. Aff. th. 167. δ. p. 398.

An pensio finito tempore solvenda sit. Aff. cum limit. th. 169. δ. p. 400.

An is, qui pignus remisit, interdictum Salvinum, vel actionem Servianam vel quasi contra tertium habeat possessorem. Neg. th. 170. η. p. 401.

An Judicium petitorium rem ipsam s. dominium, possessorium verò nudam rei possessionem respiciat. Aff. th. 172. δ. p. 405.

An possessorium ordinarium & summarissimum differant. Aff. th. 172. δ. p. 405.

An obtinens in possessorio summario justè litiget in petitorio. Aff. th. 172. ε. p. 405.

An processus summarius ordinari à Judice possit, licet Actor possessorium ordinarium intenderit. Aff. th. 172. ε. p. 405.

An disceptatio de possessionem controversia momentanei possessorii locum habeat, & admittatur, quando possessio notoriè est injusta, & de non jure petitoris notoriè constat. Neg. th. 172. ε. p. 405.

An disceptatio momentanei possessorii inter cohæredes locum habeat, si scilicet hæres cohæredem, acceptando possessionem rerum hæreditariarum, prævenerit. Neg. th. 172. ε. p. 406.

An attestationes factæ in causa possessorii, probent etiam in petitorio. Affirm. thes. 172. ε. p. 406.

An possessorio judicio nondum finito, petitorium sit inchoandum? Neg. th. 172. ε. p. 406.

An possessorium præ petitorio judicio eligere consultius censeatur? Affirm. th. 173. p. 406. & α. ib. & p. 407.

An possessorium & petitorium cumulari queant. Alii negant, alii affirmant. thes. 173. γ. p. 407. alii distingv. ib.

An cumulari possint actiones plures, quæ inter se repugnant? Neg. th. 173. ε. p. 408.

An possessorio cum petitorio cumulato, & utroque in judicium deducto, judex super utroque pronunciare debeat? Affirm. th. 173. ε. p. 408.

An possessorium & petitorium Judicium coram uno eodemque judice sit terminandum? Aff. th. 173. ε. p. 408.

An possessorii ac petitorii judicii continens sit causa. Aff. th. 173. ε. p. 408.

*In Exercitatione XLVI.*

Ad Librum XLIV. Digestorum.

CUr Exceptio conditio dicatur? th. 2. γ. p. 410.

An hodiè exceptio per conditionem definiri queat? Aff. th. 2. γ. p. 410.

An exceptionem non competentis actionis, si pars eam non opponat, judex ex officio supplere queat? Aff. th. 4. γ. p. 411.

An per citationem à Judice competente profectam, & reo legitimè insinuatam, litis pendentia inducatur? Aff th. 5. p. 412.

Quid, si actor non comparuerit? thes. 5. p. 412.

An exceptio fori incompetentis in principio statim litis motæ, ante omnes alias dilatorias exceptiones alleganda & probanda sit, & quidem in primo termino? Aff. th. 5. β. p. 413.

An exceptio illa opponenda sit in processu inquisitorio? Aff. th. 5. β. p. 413.

An exceptio hæc non opponens, in judicem consentiat, ejusque Jurisdictionem proroget? Aff. th. 5. β. p. 413.

An Judex incompetens, probatâ exceptione incompetentiæ, possit actorem à limine judicii repellere, & in expensas condemnare, Aff. th. 5. β. p. 413.

An sententia pro competentia lata, nisi appelletur, in rem judicatam transeat atque subsistat? Aff th. 5. β. p. 413.



Source : BIU Cujas

An Judex ipse super incompetentia cognoscere possit, si ipsi exindè commodum ob decimas vel sportulas sperandum? Neg. th. 5. β. p. 413.

An legitima citatio excludat illegitimam? Aff. th. 5. δ. p. 414.

Quid ad prærentionem consequendam requiratur? th. 5. δ. p. 415.

An interest, qualis emittatur citatio, realis an verbalis, vel ad domum, vel per edictum? Neg. th. 5. δ. p. 415.

An per citationem ex L. diffamari quoad actionem principalem inducatur ulla præventio aut litis pendentia? Neg. th. 5. δ. p. 415.

An per institutam actionem nullitatis, sententiamque desuper latam, inducatur exceptio litis pendentiæ? Neg. th. 5. δ. pag. 415.

An per arresti impositionem inducatur præventio? Neg. th. 5. δ. p. 415.

An inducatur præventio per solam libelli oblationem, licet Principi fuerit oblatus. Neg. th. 5. δ. p. 415.

An per Rescriptum Principis præventio inducatur. Neg. th. 5. δ. p. 415.

An, si quis à pluribus citatus fuerit judicibus competentibus, & de prioritate non constet, sorti locus sit. Affirm. thes. 5. δ. p. 415.

An, si præventio non attendatur à Judice prævento, locum habeat appellatio. Aff. th. 5. δ. p. 415.

An cesset exceptio litis pendentiæ, quando citatio ab actore, qui in termino non comparet, fuit circumducta. Affirm. th. 5. ν. p. 416.

An cesset exceptio litis pendentiæ in executivis, & eâ non obstante, alia executio pro eâdem quantitate coram alio Judice proponi possit. Aff. th. 5. ν. p. 416.

An inducatur litis pendentia per præceptum de exsolvendo. Neg. th. 5. ν. p. 416.

An inducatur litis pendentia per nudam delicti denunciationem testium desuper habitam. Neg. th. 5. ν. p. 416.

An litis pendentia locum habeat, si ei ab actore re adhuc integra fuerit renunciatum. Neg. th. 5. ν. p. 416.

Quomodo probetur litis pendentia, thes. 5. ν. p. 416.

An, si suspectus Judex ante recusationem alii delegaverit, delegatus recusari possit? Neg. th. 5. ν. p. 417.

An Dominus directus in causâ sui Emphyteutæ judex esse possit? Aff. th. 5. ν. p. 418.

An Creditor judex in causâ sui debitoris esse possit? Aff. th. 5. ν. p. 418.

An Judici exceptio infamiæ opponi queat? Aff. th. 5. ι. p. 418.

An parentes à liberis in jus vocari possint? Affir. th. 5. κ. p. 418.

An vasallus sine speciali veniæ impetratione Dominum in jus vocare possit? Affirmant alii, alii negant. th. 5. κ. p. 418.

An admittantur exceptiones dilatoriæ post primum terminum? Aff. th. 7. ν. p. 424.

An licitum sit contrariis uti exceptionibus? Affirm. cum limit. th. 7. θ. p. 424.

An ad exceptiones peremtorias in litis contestatione omissas detur regressus, & si maximè eas reus postea objicere & in articulis probatoriis deducere velit, & reipsa hoc faciat, an Judex super iis cognoscere debeat? Neg. th. 9. α. p. 427.

An reus, si plures habeat exceptiones peremptorias, illas conjunctim & una vice apponenere, litisque contestationi annectere debeat? Affirm. th. 9. α. p. 427.

An exceptiones peremtoriæ post litis contestationem demum suborientes & supervenientes, sive etiam ad notitiam pervenientes, si reus hoc juramento probaverit, etiam post litis contestationem validè opponi possint? Aff. th. 9. α. p. 428.

An possit reus de peremtoriis etiam ante litis contestationem protestari? Affirm. th. 9. α. p. 428.

An exceptio excussionis inter mercatores admittatur? Neg. th. 9. δ. p. 428.

An exceptiones litis ingressum impedientes, vel expresse vel tacitè per judicem in primordio litis rejectæ, denuò adhuc post litis contestationem in vim peremtoriarum, etsi judex eas non reservaverit, opponi possint? Aff. th. 9. δ. p. 429.

An exceptiones in processu ordinario rejectæ, vel in reprobatorio desertæ contra executionem sententiæ denuò opponi possint? Neg. th. 9. ε. p. 429.

An exceptiones solutionis, compensationis

si in

Source : BIU Cujas

si in continenti non sint liquidabiles, sed altioris indaginis & præsumtionibus probandæ, paratam executionem impediant? Neg. th. 9. ζ. p. 429.

An exceptio negativa ab actore sit probanda, si veniat ex naturâ contractus? Aff. thes. 12. β. p. 431

An, quæ sunt temporalia ad agendum, perpetua sint ad agendum? Affirm. limit. thes. 13. α. p. 431

An cessante sententiæ causa, cesset sententiæ effectus? Aff. th. 21. β. p. 435

An sententiâ, quâ quis absolvitur, tollatur ipso jure prior obligatio, s. actio, vel potius causa actionis, sive in rem, sive in personam? Neg. th. 26. p. 437. & α. ib.

An, quæ temporalia sunt, sint perpetua ad excipiendum? Aff. th. 38. α. p. 457

An contra doli exceptionem replicatio doli admittatur? Neg. th. 39. p. 457.

An exceptio metûs ei competat, qui in stupro deprehensus cum puellâ, cogitur à parentibus vel cognatis puellæ, adacto pugione, verberibus, vel alio justo metu, ut ei matrimonium promittat? Negat. thes. 43. α. pag. 459

An concurrat cum exceptione metûs, exceptio doli, quando violentiæ inest dolus? Aff. th. 43. β. p. 459

An exceptio metus locum habeat, sive res perfecta, sive imperfecta fuerit? Aff. thes. 43. β. p. 459

An metus, sicuti dolus, probetur ex conjecturis & præsumptionibus? Affirm. thes. 43. β. p. 460

An exceptio metus producat metum infamiæ? Neg. th. 43. β. p. 460.

An errorem allegans eum probare debeat? Aff. th. 44. α. p. 460

An erroris calculi exceptio admittatur contra paratam executionem? Aff. th. 44. α. p. 460

An aleæ ludus, item talorum, tesserarum, taxillorum, astragulorum inter ludos inhonestos atque prohibitorum referatur? Aff. thes. 47. α. p. 461

An transactio in ludo aleæ facta ullius sit momenti? Neg. th. 47. α. p. 462

An Guerra inter duos Principes super dominio municipii mota, municipium istud faciat litigiosum? Neg. th. 51. α. p. 465

An jus patronatus per litem inter compatronos motam fiat litigiosum? Negat. thes. 51. α. p. 465

An processus executivus ad consequendum fundum legatum à legatario intentarum, fundum illum faciat litigiosum. Affirm. thes. 51. α. p. 465

Quomodo differat actio realis & personalis. th. 60 δ. p. 473

Quid & qualis sit actio rescissoria. th. 63. γ. pag. 479

An actiones mixtæ certam & contradistinctam actionum speciem, ab actionibus personalibus constituant. Neg. th. 66. α. p. 483

An hæ actiones dicantur mixtæ eò, quoniam ex duobus constant, rebus atque præstationibus: an verò exinde, quia partim ex dominio, partim ex obligatione oriuntur? Alii utrumque affirmant, alii posterius negant. th. 66. α. pag. 483

An is, qui rem communem possidet, propriè illius rei dominus esse dicatur. Aff. thes. 66. α. p. 483

An actio ad exhibendum sit summaria. Aff. th. 67 α. p. 484

An, ob litium compendium, actio ad exhibendum cumulari possit cum principali actione, ob quam instituitur, utut præparatorium hoc judicium citius sit expediendum. Aff. th. 67. α. p. 482

Quid sint actiones præjudiciales. th. 68. p. 484

An utilis actio detur inter dominum & colonos adscriptitios, inter Magistratum & subditos, inter parentes & liberos, & inter fratres & cognatos, item inter maritum & uxorem. Aff. th. 68. p. 485. & ν. p. 489

Quomodo fiscalis nomine Magistratus civem asserere possit, & libellum formale queat. th. 68. ϑ. p. 487

Quomodo civis ipse civitatem asserendo libellum formare queat. th. 68. ι. p. 487

Quomodo & quo sensu actiones noxales possint esse arbitrariæ, an scilicet omnes, vel quædam tantùm. Exerc. 47. lib. 44. tit. 7. th. 73. p. 496. & δ. p. 496

An actiones reales competant heredibus & adversus heredes sive ex contractu, sive ex quasi contractu proveniant. Aff. Exercit. 46. lib. 44. tit. 7. th. 78. ε. p. 502

An actiones reales competant adversus he-



Source : BIU Cujas

redes in solidum, etiamsi dolus defuncti intercesserit? Aff.th.78.ε.p.502.

An reali actione heres unus in solidum conveniri possit, si rem possideant? Aff. th. 78. ε. pag. 502.

An eæ actiones, in quibus nihil pervenit ad heredem, possint intentari contra heredes? Neg. th.82.α.p.507.

An non solùm in heredem, quando ad eum eo delicto aliquid pervenit, detur actio, sed etiam in similem successorem? Aff. thes.82. α. pag. 508.

An, si plures commiserint delictum, & unus decesserit, omninò extinguatur ipsum judicium? Neg.cum limit.th.87.p.514.

An concursus actionum juris prudentum Responsis sit introductus,& eorum autoritate admissus, ut laxior sit agendi facultas? Aff. th. 92.α.p.518.

An rei persecutoriæ actiones, ex unâ eâdemque causâ generaliori nimirum, seu competentes, inter se concurrentes, altera alteram tollat? Aff.th.β.p.518

An actio negotiorum gestorum electivè concurrat cum actione communi dividundo, aut familiæ erciscundæ? thes. 93. α. pag. 520

An actiones rei persecutoriæ ex diversis causis seu factis competentes se invicem tollant. Neg.th. 94.p.521

An duæ causæ lucrativæ in eundem hominem & eandem rem concurrere possint? Neg. th. 94. β. p.522

An absoluto judicio civili contra aliquem intentato, possit postea actor intentare contra eundem accusationem criminalem ex eâdem causâ vel contra, absoluto judicio criminali, possit tentare actionem civilem. Distingv.th.95.γ. p.524.

An concurrente actione merè pœnali cum rei persecutoriâ, una alteram tollat seu consumat. Neg.th.97.p.524.

An actio furti tollat condictionem furtivam. Neg.th.97.α.p.525.

An actio mixta concurrens cum merè pœnali, consumatur per hanc, quatenus est rei persecutoria? Neg.th.98.p.525.

An actio mixta concurrens cum rei persecutoria, consumatur per hanc, quatenus illa est pœnalis, Neg.th.99.p.525

An actio doli concurrat cum actione mixta arbitraria, quod met. causa? Aff. th. 99. ε. pag. 527.

An cumulatio fieri debeat respectu unius rei? Aff.th.100.β.p.527

An quodvis judicium possessorium, possit cumulari cum petitorio? Alii negant, affirmant alii.th.100.κ.p.530.

An admittatur cumulatio actionis personalis & hypothecariæ, si scilicet contra debitorem principalem, vel etiam contra ejus hereditatem agatur, & ipsi possideant rem hypothecatam? Affirmat. thes. 100. κ. pag. 531.

An hæc cumulatio habeat locum contra tertium possessorem? Neg.th.100.κ.p.531

An cumulari possit restitutio in integrum, aliudve remedium rescissiorum cum actione nullitatis. Aff.th.100.κ.p.532.

An cumulari possit rei vindicatio cum in integrum restitutione? Affirm. thes.100. κ. pag. 532

An procedat cumulatio actionis injuriarum cum lege Aquiliâ? Aff.th.100.κ.p.532.

An possit cumulari petitio hereditatis cum vindicatione rerum singularium? Aff. th. 100. κ. p.532.

An locum inveniat cumulatio circa sortem & usuras, ita ut in eodem judicio sive libello sors cum usuris peti, ac cumulari possit? Aff. th. 100.κ.p.532.

An possit actor in eodem libello cumulare rei vindicationem & Publicianam? Aff.th.100.κ. p.532.

An procedat actionum cumulatio, si actiones quidem & res sint diversæ, at causa petendi eadem? Neg.th.100.κ.p.532.

An admittantur cumulatio, cum plures actiones sic se habeant, ut una electa, altera tollatur? Neg.th.100.κ.p.533.

An actiones sibi invicem contrariæ esse possint? Aff.th.100.κ.p.533.

An procedat cumulatio actionum, quando plurium actionum intentandarum una est major altera? Neg.th.100.κ. p.534.

An is, qui illicitè actiones cumulat, rejiciendus sit unà cum libello suo? Affirm. th. 100. κ. p.534.



Source : BIU Cujas

In Partis VII.

*Exercitatione XLVII.*

Ad lib. XLV. & XLVI. Digest.


AN inter absentes stipulatio facta sit valida? Neg. th. 5. p. 543. & α. ibid.

An stipulatio nutu inter præsentes fieri possit? Neg. th. 5. α. p. 543

An stipulatio cornu, aut tuba vel aliis signis, v. g. Ziphris vel fabis fieri possit? Neg. th. 5. α. 543.

An stipulatio inter absentes per nuntium, vel per epistolam procedat? Neg. th. 5. β. p. 543. 544

An in stipulatione interpreti plena sit danda fides, isque simul testis esse queat? Negant alii, alii affirmant. th. 5. β. p. 544

An manuum porrectio ac conjunctio Germanis nostris usitata, sit stipulatio? Neg. th. 5. β. p. 544

An hodie per Notarium absenti stipulari liceat? Aff. th. 5. β. p. 544

An obsit stipulationi, si promissor ἀπροσώπως respondeat, vel stipulator interroget? veluti: Dabis? dabitur; spondes; spondetur; & vice versa, satisfiet? satisfaciam. dabitur? dabo. Alii negant, alii affirmant. th. 5. ϑ. p. 544

An quæstio hæc: an stipulatio impersonalis valeat? facti potius sit, quàm juris? Affirm. priùs th. 5. ϑ. p. 544

An solum verbum, Dabo, in obligatione repertum, stipulationem importet? Affirm. th. 5. θ. p. 544

An si scriptum fuerit in instrumento; *Promisisse aliquem*, perinde habeatur, atque si interrogatione præcedente responsum fuerit? Aff. th. 5. ϑ. p. 544

Quid si quis sibi & alteri stipulatus fuerit? th. 6. p. 545

An aliquis alteri & extraneo, cujus scilicet potestati subjectus non est, stipulari possit? Neg. th. 6. p. 545.

An Banniti & Transfugæ stipulari possint? Neg. th. 6. β. p. 545

An relegati stipulari possint? Affirm. thes. 6. β. p. 545

An mater liberis stipulari possit? Neg. th. 6. ζ. p. 547

An Notarius rectè stipuletur? affirmant alii, alii negant. th. 6. ζ. p. 547.

An stipulator tempore contractus interesse debeat, an verò sufficiat, si ex post-facto interesse incipiat? th. 6. n. p. 548.

An valida sit stipulatio, si quis alium daturum vel facturum promiserit? Neg. th. 7. γ. p. 549.

An jusjurandum stipulationem turpem confirmare valeat? Neg. th. 8. δ. p. 550.

An turpis & pœna digna sit stipulatio, si quis uxorem suam alteri in casum mortis cum ipsius consensu polliceatur? Affirm. th. 8. δ. p. 550.

An is, qui servitutem prædii vel hæreditatem stipulatur, certum vel incertum in obligationem deducat? th. 8. ε. p. 550.

An res aliena stipulationis objectum constituat? Aff. th. 9. α. p. 551.

An inter res etiam referantur operæ rusticorum? Distingv. th. 9. ϛ. p. 552

An inter rerum stipulationes referatur quoque sponsio? Aff. th. 9. β. p. 552.

An valeat stipulatio rerum Ecclesiasticarum solenni forma, sed absque causa facta? Neg. th. 9. ζ. p. 553.

An valeat omissa forma debita, si utilis stipulatio Ecclesiæ existat? Affirm. thes. 9. ζ. p. 553.

An eadem sit causa obligandi & liberandi? Aff. th. 9. ι. p. 553.

An non saltem æstimatio aut interesse debeatur iis casibus, quibus ipsa res promissa dari non possit? Neg. th. 10. p. 553

Sed quid, si pœna adjecta in eum casum, quo res non præstetur? th. 10. p. 553.

Quod si stipulator ignoraverit, rem esse extra commercium, promissor verò sciverit, an competat actio ex stipulatu ad interesse? Neg. th. 10. p. 553.

An promissio impossibilium ita invalida habeatur, ut etiamsi juramento firmetur, non valeat? Aff. th. 10. β. p. 553

An ad stipulationem impossibilem referatur obligatio sub infamiâ? Aff. th. 10. β p. 554.

An impossibilia non solùm illa dicantur, quæ nullo modo fieri possunt, sed & quæ præstari difficulter, & penè cum ipsius rei interitu possunt? Aff. th. 10. β. p. 554

In quot species dividatur impossibilitas? th. 10. β. p. 554.

Quid, si res aliena, in stipulatum deducta, ipsius


Source : BIU Cujas

ipsius stipulatoris esse cœperit? thes. 11. p. 554
An si quis bis eandem rem promiserit, is ex utraque stipulatione priori & posteriori obligetur? Neg. th. 11. γ. p. 555
An incertæ rei promissio valeat? Neg. th. 12. p. 555
An demonstratio faciat conditionem? Neg. th. 12. β. p. 555
Si de aliâ re seu corpore stipulator senserit, de aliâ re seu corpore promissor, an ulla contrahatur obligatio? Neg. th. 13. p. 555
An promissori competat jus variandi expressè non reservatum? Affir. th. 14. β. p. 556
An electio stipulatori commissa in alternativis ita personalis sit, ut ad heredes, si ipse stipulator non elegerit, non transeat? Aff. th. 14. γ. p. 556
An stipulatio, dolum malum abesse, sit individua? Affir. th. 15. δ. p. 557
An, si impossibilis sit conditio affirmativè seu de faciendo concepta, valeat stipulatio? Neg. th. 18. p. 561.
An ea conditio, quæ ad præsens vel præteritum tempus refertur, propriè conditio sit? Neg. th. 18. α. p. 561
An, si impossibilis conditio negativè, seu de non faciendo est concepta, valeat stipulatio? Aff. th. 18. p. 561
An stipulatio conditionalis cum ea, quæ fit in diem, habeat quædam propria, quædam verò communia? Aff. th. 18. δ. p. 561
An sponsio de re incerta fieri possit, licet stipulatoris non interfit conditionem impleri? Affirm. th. 18. ε. p. 562
An sponsio inæqualis valeat? Affir. th. 18. ε. p. 562
An super spe actio fundari possit? Aff. th. 18. p. 562
An quando certo die aliquid faciendum, is verò dies mittitur per errorem, imperfecta sit stipulatio? Aff. th. 18. θ p. 562
An valeat stipulatio in merum arbitrium promissoris collata? Negat. th. 19. p. 562. & α ibid.
An in tertii arbitrium collata stipulatio valeat? Aff. th. 19. p. 562
An stipulationi dandi pœna conventionalis accedere queat? Aff. th. 21. β. p. 564
An novatione tollatur prior obligatio? Aff. th. 21. δ. p. 564
An metu pœna obligatio tollatur? Neg. th. 21. δ. p. 564
An utrumque, pœna & promissum simul, peti possit? Neg. th. 21. δ. p. 564
An utrumque & pœnam & promissum petenti obstet exceptio doli? Aff. thes. 21. δ. p. 564
An in stipulationibus non expressum habeatur pro amissio. Aff. th. 22. α. p. 565
An in stipulationibus faciendi debitor præstatione ejus, quod interest, liberetur? alii affirmant, alii negant. th. 22. θ. p. 565
Quid si quis non sibi simul, sed omissâ suâ personâ solùm uni ex heredibus stipuletur; an inutilis sit stipulatio? Affirm. thes. 23. pag. 566. 567
An, si ita facta sit stipulatio: mihi solummodò, duntaxat, centum dabis, sit conventio in rem, vel in personam, transeatque in heredem, vel non transeat? Alii affirmant, alii negant. th. 23. α. p. 567
Quid si promissor dederit vel cesserit nomen, & forsan casu aliquo debitor iste non existat solvendo, ad quem casus istius periculi spectabit, an ad cedentem, an verò ad cessionarium. th. 24. μ. 3. p. 569
Quid Juris, si promissor & stipulator moram fecerit, v. g. si promissor moram rei tradendæ fecerit, deinde verò eam obtulerit, stipulator verò eam accipere recusaverit. th. 24. π. p. 570
An allegans casum fortuitum, illum probare teneatur. Aff. th. 24. p. 570
Quomodo probatio hæc fieri possit. th. 24. π. p. 570
An utraque actio tam condictio certi, quàm actio ex stipulatu, tam origine, quàm forma, sit Juris Civilis. Affirm. thes. 24. ε. p. 572
An utraque hinc inde in heredem sit transitoria & perpetua. Affirm. thes. 25. ε. pag. 572
An in has actiones veniat, non solùm quod inhæret, sed & fructus post litem contestatam percepti. Aff. th. ε. p. 572
An cautio Mutiana in stipulationibus ceterisve contractibus locum habeat. Neg. thes. 25. ε. p. 572
An in venditione, locatione, deposito, commodato,

Source : BIU Cujas

modato, duo correi possint constitui? Aff. th. 26. α. p. 573.
An disparitas rei debitæ vel causæ debendi impediat constitutionem correorum? Aff. th. 26. δ. p. 573.
Quæ sint obligationis correalis requisita? Th. 26. ι. p. 574.
Quid, si reorum unus partem petitam solverit, an ab eodem reliqua debiti pars peti & exigi quoque possit? Aff. th. 27. δ. ε. p. 576.
Quid, si unus ex correis promittendi solverit solidum, an partem repetere poterit à correo? Disting. th. 28. p. 577. & α. p. 578.
Si creditor jus solidi habet (e. g. si fidejussores beneficio divisionis renunciaverint) unus verò ex reis debendi virilem portionem creditori solvat, an respectu ejus obligationis inducatur divisio, & iste sit liberatus? Neg. cum Except. th. 29. p. 578.
Quid, si plures sint correi, an etiam hoc casu respectu eorum inducta erit divisio, ut non liceat totum residuum ab uno illorum exigere? Neg. th. 29. p. 578.
An mora alterutrius reorum debendi noceat alteri? Neg. th. 30. p. 579. & α. ibid.
An servus ex persona Domini jus stipulandi habeat? Aff. th. 31. p. 580.
An servus hereditarius post stipulationem fidejussores accipere queat? Affirm. thes. 34. α. p. 581.
Quomodo differant Sponsor & Fidejussor? Th. 35. δ. p. 583.
Quomodo differant Fidejussor & Mandator? Thes. 35. δ. ε. p. 583.
An fidejussionis contractus sit munus publicum, ad quod etiam invitus quis cogi possit? Neg. th. 35. ε. p. 583.
An rectè dicatur: Bürgen soll man würgen? Aff. th. 35. ε. p. 583.
An fidejussio nudo pacto contractibus apposita, iis de jure civili addat fomentum? Neg. th. 36. γ. p. 584.
Quid faciendum, si dubium sit, an stipulatio intervenerit, nec ne? Th. 36. γ. p. 584.
An fidejussio propriæ obligationi accedere possit? Neg. th. 36. ε. p. 584.
An Clericus in causis Laicorum fidejubere possit? Neg. th. 37. ι. p. 587.
An fidejussio omni obligationi honestæ & licitæ adhiberi possit, sive verbis, literis aut consensu constet, naturali, civili, mixtæ, nec non criminali? Aff. th. 39. α. p. 590.
An pro restituendâ vel conservandâ dote, maritus fidejussorem dare, cogi queat? Et an spontè maritus hunc in finem fidejussorem dare possit? Th. 39. δ. p. 590.
An constante matrimonio fidejussor accipi & exigi possit? Aff. th. 39. ε. p. 591.
An fidejussor intervenire possit, soluto jam matrimonio, quacunque id contigerit ratione? Aff. th. 39. ε. p. 591.
An ex parte mulieris vel soceri, qui promiserunt dotem solvere, fidejussor intercedere possit? Aff. th. 39. ε. p. 591.
An fidejussio sufficiat, si Reus criminis convictus sit, & constet, eum solvere debere? Neg. th. 39. η. p. 592.
An fidejussio locum inveniat, si crimen sit notorium atque publicum? Neg. th. 39. η. pag. 592.
An fidejussio admittatur, si Reus in flagranti crimine, quod pœna pecuniaria persequitur, deprehensus fuerit? Neg. th. 39. η. pag. 592.
An ejus fidejussor admittendus sit, qui semel per fugam è custodia se subduxit? Neg. th. 39. η. p. 592.
Quid de pœnâ relegationis territoriali seu interdicto, der Landes-Verweisung und Raumung dicendum, an & hæc pro capitali erit habenda? Th. 39. θ. p. 592.
Cur ad pœnam corporis inflictivam fidejussor accedere nequeat? Th. 39. θ. p. 592.
An morte Rei satisdatio expiret? Aff. th. 39. μ. p. 594.
An permissum sit fidejussori, etiam defensionem ejus, quem sistere promisit, suscipere, in tantum, ut, sive eum exhibeat, sive defendat, pœnam non incurrat? Affirm. th. 39. μ. pag. 594.
An fidejussor, qui semel defensionem rei suscepit, postea defensionem ad finem perducere teneatur? Aff. th. 39. μ. p. 594.
An modus obligandi possit in plus accipi? Neg. th. 40. p. 595. & α. ibid.
Quid, si in plus se obligaverit fidejussor, anne saltem in summam concurrentem obligabitur? Distingv. th. 40. p. 595.
An fidejussor ad majorem teneatur quantitatem quàm Principalis, si juramento fidejussio-



Source : BIU Cujas

jussionem confirmaverit? Affirmant alii, alii negant. Th. 40. α. p. 595.

An, si nullum adsit juramentum, & in plus se obligaverit fidejussor, quàm debitor Principalis, & ad minimum in summam concurrentem obligetur, an verò planè nulla sit obligatio fidejussoria? Distingv. th. 40. γ. pag. 596.

An in omnibus obligationibus, non tantum civilibus, sed & naturalibus fidejussores adsumi queant? Aff. th. 41. β. p. 597.

An obstagia olim in toto Imperio Romano-Germanico fuerint usitata & concessa? Aff. th. 41. δ. p. 598.

An olim valuerint obstagia, seu obligationes ad obstagia, non solùm juratæ, sed & injuratæ, absque juramenti accessione? Aff. th. 14. δ. p. 598.

An obstagia utilitatis publicæ causâ sint introducta? Aff. th. 41. δ. p. 598.

An Fidejussor se solùm ad obstagium restringere de moribus possit, etiamsi debitor principalis ad id se non obstringat? Aff. th. 41. δ. p. 598.

An fœmina ad obstagium se obstringere possit? Neg. th. 41. δ. p. 589.

An pactum obstagii transeat ad heredes? Neg. th. 41. δ. p. 598.

An pactum obstagii non tantùm mutuo, sed etiam aliis contractibus, transactionibus, pactis & conventionibus adjici possit? Aff. th. 41. δ. p. 598.

An, requisitione vel denunciatione ritè factâ, debitor statim se sistere debeat in loco determinato, ibique perseverare, usque dum satisfecerit Creditori. Affirm. th. 41. δ. pag. 599.

An ex obstagio debitor recedere possit? Neg. cum limit. th. 41. δ. p. 599.

An debitor, qui se ad obstagium obligavit, propriis se sumptibus alere teneatur? Aff. th. 41. δ. p. 599.

An, si debitor fortunæ potius, quàm suo vitio ad incitas fuerit redactus, & aliàs non impediatur bonis cedere, cessione molestias obstagii effugere possit? Affirm. th. 41. δ. pag. 599.

An & cur obstagia hodie in Imperio Romano-Germanico sint sublata? Thes. 41. δ. pag 599.

An pro principali fidejubendo ad carceres quis se adstringere possit? Affirmant alii, alii negant. Th. 41. δ. p. 599.

An mora debitoris principalis quoad augendam obligationem noceat fidejussori? th. 42. β. p. 600.

An obligatio fidejussoris ad heredem ejus extendatur? Aff. th. 42. δ. p. 601.

An fidejussor, qui se tanquam debitorem principalem constituit, als einen Sachwaltigen und Selbst-Schuldigen/ beneficio excussionis gaudeat? Alii negant, distingv. alii, alii aff. th. 43. 1. p. 604.

Quid, si Notarius fortè omiserit & non expresserit renunciationem, de eâ verò attestari velit, an ei fides habenda? Aff. th. 43. μ. pag. 605.

An præjudicet fidejussoribus renunciatio beneficiorum, de quibus in specie non fuerunt renunciati. Neg. th. 43. μ. p. 605.

An is, qui solvendo non est, propterea conveniri possit? Neg. th. 34. v. p. 605.

An interdum inter ipsos fidejussores locus sit beneficio excussionis? Aff. thes. 43. ν. pag. 605.

An exceptio excussionis sit peremptoria, an dilatoria? Th. 43. ν. p. 606.

An reo damnato, sine novo judicio seu processu, fidejussor excuti possit? Aff. th. 43. ν. pag. 606.

An excussionis beneficio gaudeat possessor fundi creditori specialiter hypothecati? Neg. thes. 43. ν. p. 606.

An si plures fuerint fidejussores, singuli in solidum obligentur? Aff. th. 44. pag. 606. & α. ibid.

An, si dubitetur, utrum fidejussor solvendo sit nec ne, & hoc casu divisio locum habeat? th. 44. ζ. p. 608.

Si fidejussorum unus eò, quod diu in obligatione steterit, liberationem sit consecutus, per l. si pro ea C. Mandati, an & hoc cæteros gravet? Aff. th. 44. ν. p. 608.

An, si in tabula fidejussionis scriptum legatur: *Singuli obligati sunt in solidum, & unus pro omnibus*: Beneficio divisionis fidejussores renuntiâsse præsumantur? Neg. th. 44. ο. p. 608. 609.

An, si quis sit Confidejussor minoris, & tunc validè obligetur, & quidem in solidum?

Alii

Alii affirmant, alii negant, alii distingu. th. 44. ο. p. 609.

An exceptione cedendarum actionum creditor à fidejussore repelli possit, si actiones adversus debitorem aut reliquos fidejussores facto suo amiserit; ut: si quosdam fidejussores per acceptilationem liberaverit? thes. 45. p. 609.

An fidejussor, qui jam solvit, petere possit, ut sibi cedantur actiones, licet, cum solveretur, pactum de cedendis actionibus non intervenerit? Aff. th. 45. p. 609.

An possit actionum cessionem petere is, qui beneficio divisionis renunciavit? Affir. th. 45. p. 610.

An actio cessa longè sit pinguior actione mandati? Aff. th. 45. β. p. 611.

An fidejussor cessionarius ratas tantùm portiones & viriles partes, an verò solidum exigere possit? th. 45. η. p. 611.

An Creditor teneatur fidejussori soluturo cedere omnia sua jura personalia & realia? Aff. th. 45. θ. 611.

Quid juris, si instrumentum principalis debiti cedere nequeat, eò quod forsan illud perdiderit? th. 45. ι. p. 611.

Quid, si Creditor instrumentum penes se non habeat, & jurare paratus sit, se illud amisisse? th. 45. ι. p. 611.

Quid, si instrumentum quidem præstò sit, & in eo simpliciter contineatur, solutionem esse factam, cessio verò doceri nequeat, sufficietne illud, ut fidejussor adversus confidejussores actiones exercere possit? thes. 45. ι. p. 612.

An solutione ante petitionem cessionis facta, jure civili competat beneficium sive exceptio cedendarum actionum? Neg. thes. 45. κ. p. 612.

Utrum, si fidejussor sine die & conditione purè intercesserit, statim possit solvere & contra principalem debitorem agere, an verò decretum judicis expectare teneatur? th. 46. γ. p. 614.

An conventio *ex L. si contendat*, inducat præventionem in negotio principali? Neg. th. 46. ε. p. 616.

An interpellato debitore principali, fidejussor tamen, non interpellatus intra longissimum tempus præscriptionem allegare possit? Neg. th. 47. p. 616. & ε. p. 617.

Utrum fidejussori, qui principali reo heres existit, hereditatemque adit, & inventarium conficit, confectio illa inventarii quicquam prosit, ut ultra vires hereditarias non teneatur? Negant alii, alii affirmant. th. 47. γ. p. 617.

An fidejussione ad certum tempus facta liberetur fidejussor tempore isto elapso? Distingv. th. 47. ζ. p. 617.

Qualis sit differentia inter novationem voluntariam & necessariam? thes. 52. δ. pag. 622.

An novatio sit dicenda, si in continenti & uno eodemque actu obligationi alicui quid adjiciatur vel detrahatur? Neg. thes. 56. α. p. 623.

An insolitum sit, ut duæ pluresve obligationes, stipulatione seu novatione in unam migrent obligationem? Neg. thes. 56. α. p. 623.

An semper nova obligatione subsequente expiret præcedens? Neg. th. 56. β. p. 623.

An fiat novatio per stipulationem, & hodie etiam per pactum? Aff. th. 57. p. 623.

An saltem ita ex valdè verisimilibus seu urgentibus conjecturis actionum novatio inducatur, ut inde ope exceptionis prior tollatur obligatio? Neg. th. 57. p. 624.

An novandi animus etiamnum facto exprimi vel ex circumstantiis manifestissimè colligi queat? Neg. th. 57. ζ. p. 625.

An non saltem ope exceptionis valeat ejusmodi novatio? Affirmant alii, alii negant. th. 57. ζ. p. 625. 626.

An adjectione pœnæ novatio inducatur? Neg. th. 57. κ. p. 626.

An is, cui bonis interdictum est, novare obligationem suam possit? Negat. thes. 58. p. 627.

An novare possint omnes, qui habent liberam rerum suarum administrationem, & stipulari possunt? Aff. th. 58. α. p. 627.

An novatio pupilli vires habeat? Neg. thes. 58. β. p. 627.

Quid Juris, si pupillus vel minorennis se obligaverint stipulando, majores autem & sui juris facti obligationem illam novaverint, anne tunc reconvalescet obligatio, ita,



Source : BIU Cujas

ita, ut valeat novatio, an verò restituendus in integrum? th. 58. β. p. 628.
An filiusfamiliàs novandi jure gaudeat? Neg. th. 58. γ. p. 628.
An novare valeat furiosus? Neg. thes. 58. γ. p. 628.
An mutus & surdus ad novationem planè sit inhabilis? Distingv. th. 58. γ. p. 628.
An valeat novatio facta ab uno correo credendi, si is novet in præjudicium correi? Neg. th. 58. γ. p. 628. Affirm. Arumæus. Ibid.
An novatio locum habeat, si uxor viro creditori stipulando aliquid donationis causa promiserit? Neg. th. 58. δ. p. 629.
An prodigus novare possit? Neg. thes. 58. δ. p. 629.
An possit fieri novatio debitore etiam invito ac ignorante? Aff. th. 58. δ. p. 629.
An omnes res in novationem transire possint? Aff. th. 59. p. 629.
An unâ stipulatione plures obligationes noventur? Affirm. th. 59. p. 629.
An quis ita novare possit, ut obligatio civilis tantùm oriatur? Affirm. th. 59. β. p. 629.
An primus, an secundus sit potior in pignore? thes. 60. ν. p. 631.
Quid juris, si creditor non privilegiarius cedat actionem suam, vel debitorem suum delegaverit personæ privilegiatæ, v. g. fisco, pupillo, civitati, Ecclesiæ, an tunc cessionarius, vel is, cui expromissum est, utetur privilegio suæ personæ? Neg. th. 60. ν. p. 631.
An cesset novatio in obligationibus merè personalibus, seu personæ tantum cohærentibus. Aff. th. 60. θ. p. 631
An prorogato solutionis termino, intelligatur factam esse novationem, & fidejussores liberari. Neg. th. 60. θ. p. 651
An hodie fiat novatio, si res in obligatione mutetut. Neg. th. 60. θ. p. 631
Quomodo differat novetio à constituto. th. 60. θ. p. 631. 632
An interventu novi debitoris fiat novatio vel volente priori debitore, vel eo nolente. Aff. th. 61. p. 631
An nutu etiam fieri queat delegatio. Aff. th. 63. δ. p. 633
An sicuti in novatione, ita quoque in delegatione de animo novandi constare, isque claris verbis exprimi debeat. Aff. th. 63. ε. p. 633. Neg. ib. p. 634.
An, si delegatus delegatario seu creditori, cui facta est delegatio, promiserit solutionem, delegans factam delegationem revocare possit. Neg. th. 64. α. p. 634.
Quid Juris erit, si delegans vereatur, delegatum, quia creditor delegatarius exigere debitum cessat, non solvendo fore, an non ipse debitorem convenire poterit. Neg. th. 64. α. p. 634.
An Creditor cogi possit, nomen, quo tenetur debitori suo ærarium Principis, eine Fürstliche Kammer-Verschreibung/ delegatum accipere? Affirmant alii, alii negant. th. 64. ε. p. 635.
An exceptio delegationis non minus ac novationis litis ingressum impediat? Affirm. th. 64. ι. p. 636.
Qualis sit differentia cessionis & delegationis. th. 65. α. p. 636.
An actio hypothecaria etiam sine principali actione cedi queat. Aff. th. 75. β. p. 637.
An & injuriatus alteri actionem injuriarum cedere possit. Neg. th. 65. β. p. 637.
An jus primogenituræ seu Majoratus cessionis sit objectum. Aff. th. 65. β. p. 637.
An teneatur cedens facere bonum nomen, id est, præstare locupletem seu idoneum debitorem. Neg. th. 65. ε. p. 638.
An cessio rerum mobilium sive nominum extrajudicialiter facta de jure valeat, etiamsi debitum judicialiter demonstratum non fuerit. Affirm. th. 65. ε. p. 638.
An debitor jus reluitionis alteri cedere possit? Aff. th. 65. ε. p. 638.
An ex solâ instrumenti possessione cessio præsumatur. Neg. th. 65. ε. p. 638.
An traditio sine titulo & causa aliquid operetur. Neg. th. 66. ζ. p. 641.
An necessarium sit requisitum, ut titulus semper sit instrumento expressus, an verò sufficiat, eum apparere ex instrumento. thes. 66. ζ. p. 641.
An ex nudâ traditione donatio, venditio vel alius titulus ad translationem dominii habilis præsumatur. Neg. th. 66. ζ. p. 642.
An nuda confessio cedentis realem atque naturalem factam esse pretii numerationem indu-

Source : BIU Cujas

inducat, an verò cedens & cessionarius hoc insuper juramento confirmare teneantur? Disting.th.66.ζ.p.642
An cessio ita fieri possit, ut cessionarius post victoriam litis pretium solvat? Neg.th.66.ζ. p.643
An cedens pro cessionario in causa principali & juris cessi idoneus testis esse possit? Neg.th. 66.ζ.p.643
An illicitus & reprobatus litium redemptor vel testis, vel accusator esse possit? Neg.th.66.ζ. p.643
Quomodo differat liberatio à solutione? th.67.α. p.644
An is, qui crimen læsæ Majestatis commisit, solvere possit? Neg.th.69.p.645
An Grossolani, h.e. blöde/ schlechte/ und alberne Leute/solvere possint? Neg.th.69.p.646
An hæreticus, sicuti & reus repetundarum solvendi facultate polleat? Neg.th.69.p.647
An quis pro alio invito ac ignorante solvi queat? th.70.δ.p.650
An filio jure solvatur, quod patri debetur? Neg. th.72.α.p.654
An marito rectè solvatur, quod uxori debetur? Neg.th.72.α.p.654
An mandatum generale ad omnia debita recuperanda datum comprehendat etiam debita futura? Neg.th.72.α.p.654
An citra mandatum solvens creditori creditoris liberetur ipso jure, an ope exceptionis? Disting.th.72.β.p.654
An solutio adjecto facta, ipso jure tollat obligationem, an verò ope exceptionis? Distingv. th.72.ζ p.655
An habeat creditor adversus adjectum ad repetendum id, quod ei solutum est, mandati actionem. Aff.th.72.ζ.p.655
An successoribus seu heredibus adjecti rectè solvatur? Neg.th.72.ζ.p.656
An contra debitorem, qui capta civitate coactus solvit hosti, hoste pulso, vetus creditor agere possit? Neg.th.72.η.p.656
An subditus ad jussum & repetitum mandatum Principis alii, quàm creditori solvens, postea ipsi creditori denuò solvere teneatur? Neg. th.72.η.p.656
An solvi id ipsum totum ac in solidum debeat, quod in contractum ac obligationem deductum est? Aff.th.73.& α.p.657
Quid, si generaliter, v.g. certum pondus olei, sive certus numerus amphorarum vini, aut modiorum frumenti &c. non adjecta qualitate, in obligatione versetur, quale oleum vel vinum, vel frumentum &c. erit solvendum? th.73.α. p.657
Quid juris, si ita fuit conventum, ut solutio debita intra biennium numerata pecunia fiat? an & hoc casu locus erit particulari solutioni? th. 73.ι.p.660
An locum habeat particularis solutio, quando debitori beneficium competentiæ competit? th. 73.ι.p.660
An solutio partis tollat præscriptionis inchoatæ beneficium in residuo? Aff.th.73.p.661
An partis pretii solutio illud operetur, ut contractus dicatur perfectus, & ut amplius ab eo recedi nequeat? Aff.th.73.ι.p.661
An qui coactus particulares accipit solutiones, cum una ipsi facienda fuisset solutio, recipiendo sortem pluribus vicibus, propterea videatur remisisse damna & inter esse. Neg.thes.73.ι. p.661
Quid, si ex pluribus causis diversa debita debens solvat.th.74.661
Quando ex pluribus causis eidem ab eodem debetur, in quam causam pecunia soluta referenda sit, th.74.α.p.662
Quando quis ex pluribus causis creditori suo obligatus est, an penes debitorem stet arbitrium, quodnam debitum velit compensatum. Aff.th. 74.α.p.662
Quomodo regula: Solutum in usuras prius esse imputandum, intelligenda sit. th.74.ζ.pag. 663
An debitor ante diem possit offerre debitum. Aff. th.75.p.663
Quid juris, si in diversis locis diversus sit valor monetæ, alius videlicet in loco domicilii debitoris vel contractus, alius verò in loco destinatæ solutionis, secundum cujus loci valorem solutio fieri debeat. th.75.α.p.664
Utrum debitum in diem invito creditori ante diem à debitore solvi possit. th.75.δ.p.665
An maturatio solutionis multum honoris gignat? Aff.th.75.δ.p.665
An, solutio facta si negetur, probanda sit à debitore. Aff.th 76.p.666.& α.ib.
An, quando una quantitas apparet soluta per testes, alia verò per apocham, an duæ



Source : BIU Cujas

quantitates solutæ præsumantur? Neg th.76. γ.p.666

An sola redditio chirographi, vel potius possessio ejusdem inducat, solutionem esse factam? Neg.th.76.δ.p.667

An, sicut ante solutionem casu perdito chirographo, debitor ad novam obligationem in scriptis creditori dandam compelli potest, ita etiam facta solutione post perditum chirographum, casuque fortuito ad minimum juramento creditoris probato, creditor compelli queat, ad dandam apocham, quod si adhuc in rerum natura exter, aut ex intervallo reperiatur, pro inducto ruptore habendum sit. Aff.th. 76.ε.p.667.668

An ex solutione annuæ pensionis, tribus annis proximis facta, inducatur præsumptio totius debiti in præteritum soluti? Aff. thes. 76. ε. p 668

An pignoris emtio occasione mutui contracta subsistat, quando de usurariâ constat pravitate. Neg.th.77.ζ.p.669

Qui faciendum Debitori, si testes adhibiti diem obierint supremum, vel etiam ita absentes sint, ut eorum copia haberi nequeat, an tunc super hac oblatione realiter facta juramentum deferri possit Creditori? Aff.th.79.θ.p.671. 672

An qui pro auro argentum, pro argento æs solvit, rem in eadem bonitate reddere dicatur? Aff. th.79.λ.p.673

An res mobiles & immobiles depositi juris objectum constituant, an verò pecunia sola hûc spectet? th.79.λ.p.673

An in animalibus realis oblatio, & in immobilibus verbalis sufficiat, sitque loco depositionis, & statim liberet debitorem ab obligatione? Neg.th.79.λ.p.673

An in depositione sola verbalis oblatio interdum sufficiat? Aff.th.79.τ.p.677

An in depositione necessaria solennia oblationis & obsignationis sint necessaria? Neg.th.79.τ. p.677

An debitor ad jussum & præceptum superioris Magistratus pecuniam deponens, ab omni periculo sit immunis? Affirm. thes.79.τ.p. 677

An semper ejus consensus in distractu requiratur, cujus consensus in contractu requiritur? Neg.th.80.γ.p.680

An causæ characterem spiritualem habentes, actu contrario retractari possint? Neg. th. 80. γ. p.680

An exemtione rei debitæ ex commercio obligatio tollatur, si citra moram, culpam, factumve debitoris contingat? Affirm.thes.82. p.681

An tunc confusione tollatur obligatio, si fidejussor successerit illi, qui naturaliter tantum obligatus erat? th.85.δ.p.686

Quid juris, si reus principalis, qui efficaciter obligatus est, propriam & personalem habeat defensionem, eique succedat fidejussor, utrum hoc casu accessoria obligatio perimatur jure confusionis sola remanente principali? Aff. th.85.α.p.686

An fidejussores eo casu liberentur, si bona debitoris ad fiscum creditorem devolvuntur? Distingv.th.85.η.p.687

An utilis acceptilatio utile pariat pactum. Disting.th.90.α.p.690

Qualis sit differentia inter acceptilationem & apocham? th.94.p.693.& α.ib.

An creditor, qui ordinarias usuras loco interesse, petit, audiendus sit. Affirm. th. 99. α. pag. 696

An, quando citra culpam creditoris cautio expirat, rectè nova exigatur cautio. Aff. th.99. γ. p.696

An nova exigi cautio possit, si stipulator fidejussori heres existat. Aff.th.99.γ. p.696

An substitutus vel heres ab intestato, ab eo, qui ante conditionis eventum bona possidet, cautionem rectè petere, neque ejus petitio pro calumniosa aut præfestina haberi possit. Aff. th.99.γ.p.696

An debitor cogi possit in casu non sufficientium fidejussorum alios idoneos fidejussores substituere, aut cautionem præstare? Aff. th.99. γ. p.696

An cautio pro reconventione & expensis, datis fidejussoribus, vel pignoribus, sit præstanda? Aff.th.99.γ.p.697

An satisdationem teneantur præstare Testamentarii? Neg.th.101.p.697

An usu fori Germanici æque ac Romani, satisdatio per fidejussores fieri debeat? Aff.alii,alii negant.th.103.ζ.p.698

Quibus competat & non competat jus tacitæ hypothecæ. th.103.ζ.p.699.700

An fide-

Source : BIU Cujas

An fidejussor datus pro judicato solvendo, habeat beneficium excussionis? Neg. th. 109. ζ. p. 705

An reus in foro nostro regulariter â satisdatione immunis sit? Affirm. thes. 109. η. p. 706.

An cautio de judicio sisti, sit extendenda ad cautionem judicatum solvi? Neg. th. 109. η. p. 707

An reus capitali pœnæ obnoxius, satisdare volens, audiatur? Neg. th. 109. η. p. 707

Qui repellantur â cautione rati, & qui admittantur? th. 110. ε. p. 708. 709

An cautio rati locum inveniat, si syndicus Universitatis planè non habeat instrumentum syndicatus, & tamen sub hac cautione nomine universitatis agere velit? Affirmant alii, alii negant. th. 110. β. p. 710

An clausula de ratum habendo, quam rati & grati DD. Practici vocant, & mediante qua Principalis promittit se firmum, ratum & gratum habere velle, quicquid per procuratorem gestum fuerit, mandato generali ita inseri necesse sit, ut ejus omissione, mandatum procuratorium vitietur? Affirmant alii, alii negant. th. 110. δ. p. 711

Quousque licitum sit Domino, falsi procuratoris gesta rati habere? th. 111. ζ. p. 712.

## *In Exercitatione XLIIX.*

UTrum obligatio ex delicto nascatur ex re seu facto, an verò ex consensu? thes. 3. δ. p. 718

Civilisne an naturalis duntaxat, an verò mixta sit obligatio delictorum. Disting. th. 3. δ. p. 718

An is, qui animo occidendi Titium gladio ferire, vitamque ipsi extinguere voluit, errore autem in persona lapsus Cajum occidit, quocum ipsi nihil negotii fuit, pro homicida sit habendus, hincque pœna legis Corneliæ ordinaria de sicariis afficiendus, an verò â pœna immunis sit? th. 4. γ. p. 720.

An qui delinquere se cogitat, cum tamen revera non delinquat, pro delinquente sit habendus? Neg. th. 4. γ. p. 721

An cogitans se adulterium committere, cùm in rei veritate non committat, pro adultero sit habendus, & tanquam adulter puniendus? Disting. th. 4. γ. p. 721

An delictum in calore iracundiæ commissum ordinariam mereatur pœnam? Neg. thes. 4. δ. p. 727

An qui rationis usu caret, delictum committat? Neg. th. 10. p. 731. & α. ibid.

Quid si ante furorem crimen admissum, an furore superveniente subjici pœnæ saltem extraordinariæ delinquens poterit? Neg. th. 10. p. 731

An idem erit dicendum, si delinquens ex propria causa & culpa in privationem mortis inciderit? Disting. th. 10. α. p. 732

An puniatur furiosus, si constet, eum dilucida habere intervalla, & deliquisse eum tempore sanæ mentis? Affirm. thes. 10. α. p. 732.

An sit pœna dignus furiosus, quando per simulationem se furiosum finxit? Affirm. th. 10. α. p. 732

An cesset remissio & mitigatio pœnæ in atrocissimis delictis? Aff. th. 10. α. p. 732.

An furiosus, qui deliquit, & ob furorem â pœna excusatur, â proximis agnatis, vel â magistratu custodiendus ac alendus sit? Aff. th. 10. α. p. 732

An infantes regulariter non solum â pœna alicujus criminis, sed & â tortura sint exemti? Affir. th. 10. β. p. 733

An infans jam majorennis factus, pro delicto in infantia commisso teneatur? Neg. th. 10. β. p. 733

An melancholici mitius puniendi? Aff. th. 10. & γ. p. 734

An mente capti, insani, lunatici, phrenetici, nec non Epilepsia laborantes, si in ipso paroxysmo delinquant, sint mitius puniendi. Aff. th. 10. γ. p. 734.

An impuberes pœna capitali sint afficiendi? Neg. th. 10. δ. p. 735

Quid de delictis carnis dicendum, an propter hæc punibilis existat impubes pubertati proximus? th. 10. δ. p. 735

Quænam obtineat pœna, si masculus pubes cum puella impubere delictum carnis commiserit, ipsique stuprum intulerit? th. 10. δ. p. 736.

An impuberes pubertati proximi delinquentes torturæ subjici possint? Neg. thes. 10. δ. p. 736

An senectus regulariter aliquem â pœna excuset? Neg. th. 10. ι. p. 736

An

An extremâ ebrietate obruti ordinaria delicti pœna affici possint? Neg. th. 10. ζ. pag. 736. 737. Aff. th. 10. p. 737.

An omnis ebrietatem allegans, illamque etiam probans à pœna ordinaria sit exemptus? Neg. th. 10. ζ. p 737.

Quæ sit differentia inter ebrietatem & ebriositatem? th. 10. η. p. 737.

An & quatenus in delictis, præsertim homicidio, ebrietas excuset â pœna ordinaria? th. 10. η. p. 738.

An dormientes delinquentes regulariter â pœna sint immunes? Affirm. thes. 10. ϑ. p. 738.

An Noctambuli delinquentes â pœna sint immunes? Aff. th. 10. ϑ. p. 738. ι. ibid.

An prodigalitas excuset â delicto & delicti pœna? Aff. Treutl. th. 11. α. p. 739. alii negant. ibid.

An mutus & surdus ob delictum commissum puniri queat? Disting. th. 11. p. 739. & α. ibid.

An Confessio nutu & signis facta sufficiens sit ad infligendam pœnam ordinariam in criminibus capitalibus? Neg. th. 11. ϛ. p. 739.

An Minores regulariter in delictis excusationem mereantur? Neg. th. 11. γ. p. 740.

An, si quis instruat, adhortetur, persuadeat, ut aliquis patrem suum interficiat, & commendationem hanc insequatur parricidium uterque parricidii teneatur? Aff. th. 12. ε. p. 742.

An persuasori atque instructori pœna mitiganda sit, si persuasio ex longo demum intervallo effectum suum consequatur? Neg. th. 12. ε. p. 743.

Si longè alius ac diversus ab eo, quem persuasor intendebat, eventus fuerit secutus, e. g. si is cui commendatio, persuasio vel instructio facta est, per dolum persuasoris abutatur persuasione, & alium occidat, an persuasor extra ordinem sit puniendus? Aff. th. 12. ε. p. 743.

An tollatur persuasi instructio ac commendatio revocatione? Aff. th. 12. ε. p. 743.

An ordinaria in persuasore ac instructore obtineat pœna, hoc casu, si delicta, ad quæ tendebat persuasio, sint atrociſſima? Affir. th. 12. ζ. p. 744.

An & quando sc. quis ex consilio teneatur vel non th. 12. ζ. p. 744.

An auxiliator condemnari possit, antequam constet de delicto principalis? Neg. th. 12. π. p. 747.

An fodiens foveam celandi causa cadaver, dicatur præstare auxilium homicidio? Aff. th. 12. π. p. 747.

An auxilium præbens furi, in re furtiva vendenda, actione furti teneatur? th. 12. π. p. 747.

An mandantis & mandatarii delictum regulariter unum idemque sit? Aff. th. 12. ϱ. p. 748.

An in crimine rapinæ mandans ordinariè puniatur? Aff. th. 12. ϱ. p. 748.

An ii, qui veneficos conducunt ad malum aliis inferendum, quorumque jussu & instinctu hoc malum perficitur, æquè gladio puniantur, ac si ipsi morbum ac damnum intulissent? Aff. th. 12. ϱ. p. 748.

Si Lucius jubeat Cajum, ut Sejum vulneret, vel bombardam in eum explodat, an cæde facta Seji Lucius pœna homicidii teneatur? th. 12. σ. p. 748.

Quid si mandans expressè erga mandatarium protestatus fuerit, quod de excessu teneri non velit, illumque rogaverit, ut leve tantum infligat vulnus, & in tali corporis parte, quæ periculo mortis non est obnoxia, & si, tale ut inferat, occasio non permittat, planè abstineat à vulneratione? th. 12. σ. p. 749.

An servus vel inferior, mandato superioris vel Domini, in delictis gravioribus se excusare possit? Neg. th. 12. σ. p. 749.

An ratificatio in assassinio locum habeat, si scil. sequatur ratificatio ejus, cujus nomine homicidium patratum est? Aff. thes. 12. τ. p. 751.

An ebrius actione injuriarum teneatur, si ebrietate cessante subsequatur ratificatio vel saltem gloriatio? Affirm. thes. 12. τ. p. 751.

An retorsio injuriarum permissa sit adversus clientem, si scil. sermonem advocati injuriosum ratum habuerit? Aff. th. 12. τ. p. 751.

An ratificatio generalis extendatur ad dolosè commissa? Neg. th. 12. τ. p. 751.

An Sacerdos crimina commissa in confessione patefacta revelare cogatur aut debeat? Neg. th. 12. ψ. 752.

An solus

Source : BIU Cujas

An solus animus, vel sola cogitatio furti faciendi furem faciat? Neg. th. 14. α. pag. 757
An is, qui animo furandi alienam ingreditur domum, & antequam aliquid contrectet, deprehenditur, furti teneatur? Neg. th. 14. β. p. 757
An tradens alicui pignus, dicendo id esse aureum, cum tamen revera sit æreum vel cupreum, committat furtum? Aff. th. 14. β. p. 757
An is, qui alienum asinum in equas suas generationis causa admisit, fur sit dicendus? Neg. th. 14. p. 757.
An is, qui alterius rem, quem putabat esse mortuum, tanquam heres apprehenderit, furtum committat? Neg. th. 14. γ. p. 757
An Contrectatio, quæ fit consensu D[illegible]ni, in furtum incidat? Neg. th. 14. γ. p. 757
An is fraudulenter contrectet, qui joco, vel ex lascivia aliquid aufert? Neg. th. 14. γ. p. 757
An illi, qui doli non sunt capaces, furti teneantur, ut furiosus, infans, impubes? Neg. th. 14. γ. p. 758
An sola fraus faciat furem? Neg. thes. 14. δ. p. 758
An commodatarius eam rem, quam utendam accepit, alteri commodans, furti obligetur? Aff. th. 14. δ. pag. 758
An in dubio prævaleat præsumptio furti, si nulla conjectura, nullus bonæ fidei color prætexi honestè possit rei temerè ablatæ? Aff. thes. 14. ζ. p. 759
An is furti teneatur, qui ideo rem amovet, ut eam alii donet? Affir. th. 14. ζ. p. 759
An is, qui famis necessitate vel simili inopia adactus quid surripit, furtum committat? Aff. th. 15. p. 760. & κ. p. 761.
Quænam ob rem minimam surreptam competat actio furti, civilis an criminalis? th. 17. γ. p. 764
Si ex toto aliquo partem quis auferat, anne totius, an verò patris solùm furtum faciat? Th. 18. p. 764. & α. p. 765
An furi triturátori, einem Dreſcher / pœna laquei possit dictari, si in caligis ex horreo frumentum aliquot vicibus abstulerit? Neg. th. 18. β. p. 765
An detur mixtum furtum, quod simul sit manifestum & non manifestum? Neg. th. 19. p. 766 & β. ibid.
An is, qui opem tantum ferat furtum facienti, manifestus fur sit? Neg. th. 19. b. p. 767.
An unus idemque fur diverso respectu utraque actione pulsari possit? Aff. th. 19. b. p. 767
An actio furti in specie sic dicta sit merè pœnalis? Aff. th. 20. α. p. 768.
An furti actio non solùm detur in fures propriè sic dictos, & eorum socios, sed etiam in emptorem furti gnarum, & in furis furem &c. Aff. th. 20. γ. p. 771
An adversus eum actio furti competat, qui mediante contractu contrectare dicitur? Dist. th. 20. γ. p. 771
An actio furti detur adversus eum, tam qui sui, quam qui alieni est juris? Aff. th. 20. γ. pag. 772
An actio furti detur adversus scienter exigentem tributa præter debitum? Aff. th. 20. γ. 772
Si tria furta sint commissa, an nullâ habitâ rerum surreptarum æstimationis ratione fur suspendi debeat? th. 21. p. 773
Quomodo tria furta computanda sint? th. 21. p. 773
An tum demum ob tertium furtum pœna capitalis infligenda, si reus ob primum & secundum jam pœnâ aliquâ ante affectus sit? th. 21. pag. 773. & π. p. 777.
Unde pœna furti hodie usitata originem sumpserit? th. 21. γ. p. 774
An pœna laquei cesset, si fur effractor in ipso furto deprehensus fuerit, sed nihil abstulerit? Affir. th. 21. ε. p. 774
An in exigenda restitutione rei ablatæ, vel solutione æstimationis aut pretii, Dominus præferatur fisco exigenti mulctam? Aff. th. 21. b. pag. 775
Quid, si duo tresve simul rem s. aureis constantem surripiant, an singuli laqueo puniendi? Neg. th. 22. p. 777
An hæredes furis possint condictione furtiva conveniri ad rem furto ablatam, ejusve pretium restituendum, etiamsi furi ultimum supplicium seu fustigatio sit inflicta? Aff. th. 22. pag. 777.
Num hæredes furis, si is pœnam mortis subeat, etiam ad restitutionem rerum furto ablatarum teneantur? Affirm. th. ζ. p. 779
An justum, sit fures punire suspendio, cum lex divina hanc pœnam non constituerit?



Source : BIU Cujas

Aff. th. 23. p. 780. *Negant alii*, α ibid. & pag. 781. 782. 783.

Quibus casibus furti actio & pœna cesset? th. 24. p. 783.

An de jure civili actio furti locum habeat inter patrem & filium, inter maritum & uxorem? Neg. th. 24. p. 783. & α ℓ. p. 784.

Quid de Affinitate dicendum, an sicuti propter consanguinitatem, ita etiam, ob affinitatem fures à pœnâ suspendii sint immunes? Affirm. thes. 24. γ. p. 748. 749. thes. 25. p. 785. & α. ib.

An impuberes & infantiæ proximi à pœnâ furti sint liberi? Affirm. th. 25. γ. p. 786. Distingv. ibid. & p. 787.

Quænam furi impuberi dictanda sit pœna extraordinaria seu arbitraria? thes. 25. γ. p. 787.

An locum inveniat pœna suspendii in imperibus pubertati proximis, si furto se commaculaverint, & malitia suppleat ætatem? Aff. th. 25. γ. p. 787.

An Minores viginti quinque annis furtum committentes pœnam suspendii incurrant? Aff. th. 25. δ. p. 788.

An inventor alicujus rei alienæ, sciens ad quem pertineat, neque reddat, in crimen furti incidat? Aff. th. 25. ε. p. 788.

An inventor rei alienæ, qui ad interrogationem Domini non solùm inficiatur, sed postea quoque re manifestata aliquid furandi animo surripit, & partem solùm restituit, pœnâ fustigationis vel relegationis sit afficiendus? Aff. th. 25. ε. p. 789.

An is furti teneatur, qui pecuniam, quam quis vel lucri, vel metus, vel custodiæ causa sub terra condidit, inventam priſtino Domino restituere detrectat; Affir. th. 25. ε. p. 789.

An ab administratoribus perfidis furtum committatur, si pecuniam suæ curæ commissam in proprios convertant usus? Aff. th. 25. ε. pag. 789.

An Tabellario seu Nuncio, qui pecuniam sibi concrediram in proprios convertit usus, pœna suspendii remittenda sit? th. 25. η. p. 790.

An, ut quis auxiliator furum sit, requiratur, ut non solùm consilium, sed & opem tulerit, seu an unum horum sufficiat? th. 25. θ. p. 791.

An is, qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuie, sed tantùm consilium dedit, atque hortatus est ad furtum faciendum, teneatur furti? *Neg.* th. 25. θ. p. 792.

An ii, qui de rebus furtivis saltem participant, easve consumunt, ordinariam suspendii incurrant pœnam? Neg. th. 25. κ. pag. 793.

An ii, qui scienter emunt res furtivas, furti teneantur? Aff. th. 25. λ. p. 793.

An ignoranter emens rem furtivam, si eam b. f. consumserit vel alienaverit, æstimationem istius rei vero Domino restituere teneatur? Neg. thes. 25. μ. 793.

An pœnitentia excuset furem? Distingv. th. 25. μ. p. 793.

An fur pœnitentia ductus, rem furtivam restituens, vel illius nomine Domino satisfaciens, pœnâ arbitrariâ, carceris, relegationis, vel etiam fustigationis puniri debeat? Aff. th. 25. μ. p. 794.

An fur pœnitens, antequam in carcerem detrudatur, aut furti accusetur, res quasdam furtivas adhuc extantes Domino restituens, pro residuis verò ab ipso consumptis ei ob inopiam satisfacere non valens, pœnâ extraordinariâ sit afficiendus? Affirm. th. 25. μ. p. 794.

An fur cum Domino super damno dato transigens, eique satisfaciens à suspendii supplicio liberetur, & pœna saltem afficiatur extraordinaria? Aff. th. 25. μ. p. 794.

An fur neque pœnitens, neque cum parte offensa transigens, sed in carcerem conjectus, & furtum confessus, rebus furto ablatis ab ipso consumtis, ad restitutionem damni dati sponte se offerens, à pœnâ suspendii sit liber? Neg. th. 25. μ. p. 794.

An piscantes in alienis rivis, aquis & fluminibus inter fures numerandi, & pro qualitate delicti puniendi? Aff. th. 25. ν. pag. 794. 795. 796.

An eadem pœna in Constit. Crim. Jure Saxonico communi, nec non in Constit. Elect. 7. & 8. Tratto di Corda constituta, locum etiam habeat in furto Cancrorum? Affir. thes. 25. ν. p. 796.

An fures ferarum pœna mortis sint mulctandi? thes. 25. ξ. p. 796. 798. 799.

An sint cornua cervina dejecta pro rebus nullius

lius habenda, sicque a quovis occupanda, an verò more eorum, quæ mare ejicit ad littus, possint prohiberi, ne auferantur? th. 25. ξ. p. 797.

An fures avium majorum pecuniæ pœna sint coërcendi? th. 25. ξ. p. 797.

Quid de apibus dicendum, an illæ quoque sint furti ferarum objectum. thes. 25. ξ. pag. 798. 799. 800.

An fures apum & favorum laqueo sint puniendi? Affirmant alii, alii negant? th. 25. pag. 800.

An spoliantes cadavera punitorum vel suspensorum capitis pœna afficiendi sint? Affirmant alii. alii negant. th. 25. o. p. 800.

An juste corpora furum suspensorum in patibulo relinquantur. Aff. th. 25. o. ϛ. 800.

An rectè corpora suspensorum Medicis ad anatomiam concedantur? Affirm. thes. 25. o. p. 801.

An Sacculatii seu Bursicopi, die Beutelschneider / qui subtilitate & celeritate quadam fallendo, pecuniam ex sacculis subtrahunt, ultimo supplicio sint puniendi? th. 25. π. 802.

An furtum frumentarium puniatur regulariter mortis supplicio? Neg. th. 25. π. pag. 802. Excip. ib.

An inter causas mitigantes furti pœnam ordinariam interceſſio puellæ furem in matrimonium petentis referenda sit? Neg. th. 25. τ. p. 804.

An fur aratrorum, qui aratra furatur, vel ex iis vomeres, aliaque instrumenta aufert, perinde ut alius fur sit puniendus? Aff. th. 25. τ. p 804.

An Nobiles, Clerici ac Studiosi, si criminis hujus reos se fecerint, & furtum sit magnum, æquè ac alii fures pœnâ suspendii sint afficiendi? Affirm. thes. 25. τ. p. 804.

An fures Judæi, ubi hoc consuetudine legitima receptum, à pedibus, extra hanc verò regulariter à collo sint suspendendi? Aff. th. 25. τ. p. 804.

An fur deprehensus in aliquo territorio, ibidem puniri possit, ob furtum in alio loco & territorio commissum? Aff. thes. 25. τ. p. 804.

An solùm ob tignum furtivum, an vero ob quodlibet alienum detur hæc actio de tigno? th. 28. p. 805. & α. 806.

An actio de tigno detur contra eum, qui ignorans tignum esse alienum aut furtivum b. f. junxit. Affirm. th. 28. pag. 805. & γ. pag. 806.

An actio de tigno detur contra fabrum lignarium, qui junxit, licet ædes non possideat? Neg. th. 28. p. 805.

An contra eum detur, cui is, qui junxit ædes, vendidit? Neg. th. 28. p. 806.

An contra bonæ fidei possessorem in duplum detur; ac si datur, an sit ratione ejus pœnalis, an mixta? th. 29. p. 807.

An is, qui junxit, teneatur actione in duplum, sive bonâ sive malâ fide junxerit? th. 29. 6. p. 807.

An b. f. jungens dupli condemnationem evitare possit, si tignum eximere velit? Neg. thes. 31. p. 809. & α. Affirmant alii. ibid.

An Præsidis vel Magistratus officio incumbat, prospicere, ne ruinis civitas deformetur. Aff. th. 31. β. pag. 809.

An Magistratus ad refectionem ruinam minantium, & ad exstructionem dilapsarum ædium cives compellere possit? Affir. th. 31. β. p. 809.

An ad vendendam aream cogi possit civis extructionem negligens? Affirm. thes. 31. β. p. 809.

An Fisco vindicetur ædificium, areaque neglecta ultra modum & tempus? Affirm. th. 31. β. p. 809.

An non reparans domum communem, vel sumtus non restituens partem suam amittat? Aff. th. 31. β. p. 809.

An subsidiaria actio habeat locum, ubi ordinaria datur? Neg. th. 32. γ. p. 810.

An sicuti ob furtum servi non tenetur Dominus, cum eo carere nequeat, sed ipsum noxæ dedendo liberatur; ita quoque si uxor vel liberi hospitis damnum intulerint, hac actione non teneatur hospes, cum & his carere nequeat? Alii affirmant, alii negant. th. 36. β. p. 813.

An ii, qui Studiosos in Academiis recipiunt, & illis victum præbent, pro exercitoribus cauponæ habendi sint? Neg. thes. 36. α. p. 813.

An ii, qui, in nundinis, mercatoribus vel aliis hospitium atque victum præbent, pro exercitoribus cauponæ sint habendi? Neg. th. 36. α. p. 813.



Source : BIU Cujas

Si familia, id est, tres ad minimum servi, furtum fecerint, vel damnum dederint, an ratione omnium servorum teneatur Dominus? Affirm. thes. 38. ε. pag. 817.

An sit differentia inter actionem furti, & condictionem furtivam? Affirm. thes. 38. ε. pag. 817.

An Oleam secans, antequam radices egerit, teneatur edicto arborum furtim cæsarum &c. Aff. th. 44. δ. p. 823.

Quid, si quis arbores lucrifaciendi causa cædat, an actione furti teneatur? Affirm. th. 45. δ. p. 824.

An non, cum supersint ob rapinam alia ordinaria & civilia remedia, utputa actio furti, item actio Legis *Aquiliæ*, & condictio, superflua sit actio vi bonorum raptorum? Neg. th. 47. β. p. 826.

An is, qui errore ductus, suam rem esse existimat, & imprudens juris eo animo rapit, quasi liceat Domino rem suam etiam per vim à possessoribus auferre, absolvi debeat de pœnâ rapti? *Aff.* th. 48. ε. p. 826.

An actio vi bonorum raptorum latius pateat, quàm nomen ejus præ se fert? *Aff.* th. 48. ζ. p. 828.

An prosit ei, qui vi rapuit, ad evitandam pœnam, si ante judicium restituat rem, quam rapuit? Neg. th. 49. pag. 828. & δ. p. 829.

An quadruplicetur & duplicetur intra annale tempus, verum rei pretium, an verò id, quod interest? th. 49. α. p. 828.

Cur fur manifestus majorem dependeat pœnam, quàm raptor? th. 49. γ. p. 828.

An conveniri possit raptor actione furti vel non manifesti vel manifesti? *Aff.* thes. 50. p. 829. & α. ibid. & β. p. 830. & γ. ibid. alii negant ib.

An actio vi bonorum raptorum sit perpetua, quod ad rei persecutionem attinet, annalis verò quoad pœnam. Aff. th. 50. ε. p. 850.

Quid ad hoc requiratur, ut grassator seu raptor capite puniri queat? thes. 50. η. pag. 831.

An de raptu paciscì vel transigere liceat? th. 50. η. p. 831.

An grassatores in villis, oppidis & ædibus privatis, homines vi rebus suis spoliantes, iisque bona sua auferentes pœnâ robbariæ ordinariâ affici debeant? Affirm. th. 50. θ. p. 832.

An vi bonorum raptorum de Jure Civili teneatur ille, cui Dominus metu coactus, rem suam tradidit? Neg. thes. 51. δ. pag. 832.

An pœna robbariæ pertineat ad grassationes in plateis? Neg. th. 51. δ. p. 833.

An si viatoribus vel mercatoribus in viâ publicâ res surripiantur, Principes vel Domini territorii eas restituere obligati sint? Aff. th. 51. δ. p. 833.

An si plures unà robbariam committant, omnes in solidum teneantur, ac pœnâ capitis afficiendi sint, licet dispar eorum fuerit opera? Aff. th. 51. δ. p. 833.

An Raptori competat beneficium cessionis? Neg. th. 51. δ. p. 833.

An damnetur jure merito illa fisci rapacitas, quâ miserandas naufragorum reliquias sibi vindicat? Aff. th. 52. η. p. 834.

An improbanda sint illorum populorum statuta & mores, apud quos merces in mare jactas navis levandæ causa, recuperare quidem vectores possunt, sed intra breve solum temporis spatium: cujusmodi est illa Gallorum lex, quæ dorum mensium præfinit tempus persequendis rebus jactis ac perditis. Quod si neglectum fuerit, tertiam extractarum rerum partem Urinatoribus, tertiam Ammyralio seu Thalassiarcho, & tertiam fisco addicit? Affir. th. 52. η. p. 834.

An fures, qui ex incendio vel naufragio furantur, secundum hodiernam consuetudinem laqueo puniendi sint? Affirm. thes. 52. η. p. 835.

An contra eum, qui orto incendio ædium suarum defendendarum gratia vicini ædes destruxit, actio ex edicto de Incendio, & ex L. Aquilia detur? Neg. th. 52. η. p. 835.

An incendium culposum, si culpa lata admissum fuerit, criminaliter puniri possit fustigatione vel aliis pœnis? Affirm. th. 52. η. p. 835.

An honor atque fama præstet reliquo patrimonio? Aff. th. 53. p. 836.

An ad actionem injuriarum sola convitia sufficiant sine circumstantiarum adjectione? Aff. th. 54. β. p. 836.

An injuria, quæ per famosum libellum alicui illata

Source : BIU Cujas

illata dicitur, ad verbalem referatur? Affirm. th. 54. γ. p. 836.
An veritas convitii excuſet à pœnâ injuriarum? Neg. th. 55. p. 837.
An injuria ſine animo & affectu injuriandi committi poſſit? Neg. th. 55. β. p. 838.
An oriatur actio injuriarum, quotiescunque quid dicitur, quod alterius pudorem & famam ſuggillat & lædit, opinionemque apud bonos viros gravat? aff. th. 55. γ. p. 838.
An injuriam inferat Impubes, Infans & Infantiæ proximus? Negat. theſ. 55. δ. pag. 839.
An ætas pubertati proxima injuriæ faciendæ, & per conſequens pœnis legum delicta vindicantium ſit obnoxia? aff. th. 55. δ. p. 839.
An furioſi & mentis impotes injuriam inferre poſſint? Neg. th. 55. δ. p. 839.
An injuriarum actione teneantur ebrii? Neg. th. 55. δ. p. 839. Limit. ib.
An injuriarum actione teneatur is, qui per iracundiam injurioſa dixit verba, & poſtea animo ſedato revocat atque pœnitet? Neg. th. 55. δ. p. 839.
An excuſet ab injuriandi animo error in perſonâ, & proteſtatio ſive præfatio honoris? Neg. th. 55. ε. p. 840.
An excuſet injuriantem, ſi injuriam à ſe prolatam ab alio ſe audiviſſe dicat? Neg. th. 56. pag. 841. & α. ibid.
An excuſet injuriantem, ſi ad alterius mandatum injurias evomuerit? Neg. theſ. 56. p. 841. & β. pag. 842. γ. ib.
An etiam Miniſtri Eccleſiæ & Sacerdotes injuriarum teneantur, quando pro concione certam perſonam ex rumore aliquo, & non obſervatis prius obſervandis, criminis alicujus arguunt? affirm. theſ. 56. pag. 841. & δ. p. 842.
An afficiatur injuriâ is, cujus contumeliam injurians intendit, licèt læſus non intelligat? aff. th. 57. p. 843. & α. β. γ. ibid.
An injuria cognato facta toti cognationi fiat? Neg. th. 57. p. 843.
An heredibus injuria fiat, ſi defuncto injuria inferatur? affirm. theſ. 57. p. 843. & μ. pag. 846.
An pater injuriarum actionem filio competentem eo invito remittere poſſit? affir. th. 57. ζ. p. 844. Diſting. ib.
An Prælatus remittere poſſit injuriam Eccleſiæ illatam? th. 57. ζ. p. 844.
An maritus injuriam uxori factam ſuo quoque nomine tanquam ſibi illatam exequi poſſit? aff. th. 57. η. p. 844.
An uxori ob injuriam marito illatam actio injuriarum competat? Neg. th. 57. η. p. 844. Limit. ib.
In quibus conſiſtat læſio in factis ad contumeliam ſpectantibus? th. 58. p. 846. & β. γ. δ. ε. ζ. η. ſeqq. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853.
An, ſi injurians ſummam æſtimatam moderatam atque à Judice actori adjudicatam ſolvere nequeat, eò quod ſolvendo non ſit, hoc caſu Judex poſſit mutare pœnam civilem in criminalem? affirmant alii, alii limitant. th. 60. α. p. 855.
An æſtimatoria actio cedi queat? Neg. th. 60. α. p. 856.
An judex in moderandâ æſtimatione omnes benè conſiderare debeat circumſtantias, & reſpectum habere, non ad tempus, quo judicatur, ſed ad id, quo facta eſt injuria? Aff. th. 60. α. p. 856.
Quousque extendenda ſit infamia? theſ. 60. ε. γ. p. 856. 857.
An Judex reſervans honorem, rationem cur id fecerit, addere debeat, & ſi hoc omiſerit, an appellatio locum habeat? Neg. th. 60. δ. p. 857.
An in actione injuriarum reali opus ſit reſervatione famæ? Neg. theſ. 60. δ. P. 857. alii affirm. ib.
An infamis fiat injurians, ſi per procuratorem ſe defendat? Neg. th. 60. δ. p. 857.
An evitet infamiam reus, ſi gratis cum actore paciſcatur, vel autore Judice? affirm. th. 60. δ. p. 857.
An ceſſet infamiæ pœna, ſi reus ſolvat æſtimationem injuriæ ante condemnationem, vel, quod tutius eſſe putant, ante litis conteſtationem? affirm. theſ. 60. δ. p. 857.
An evitetur infamia, ſi pœna gravior per ſententiam ultra legem imponatur? affirm. th. 60. δ. p. 858.
An ceſſet infamia, ſi à Judice incompetente, vel etiam ab arbitro, vel arbitratore, ſententia lata ſit? affirm. theſ. 60. δ. pag. 858.



Source : BIU Cujas

An cesset infamia, si reus precibus ab actore impetraverit, ne secum ageretur? Aff th. 60. δ. p. 858.

An actio ad Palinodiam sit quasi civilis, & cur? th. 61. p. 859.

An competat actio ad Palinodiam adversus quemcunque injuriantem, etiam nobilem, imò & Clericum? Affirm. thes. 61. γ. p. 859.

Quomodo inter se differant declaratio, deprecatio & palinodia? thes. 61. ε. pag. 860.

An actioni ad Palinodiam in realibus injuriis detur locus? Negat. thes. 61. ε. p. 860.

An actio ad Palinodiam obtineat in omni verbali injuriâ? Negat. thes. 61. ε. p. 860.

An ad recantationem adigendi sint ii, qui verba inhonesta & obscœna contra aliquem evomunt? Negat. thes. 61. ε. pag. 860.

An Reus Palinodiam in levibus injuriis evitare possit, si ante litis contestationem declaret atque testetur de bonâ fama injuriati? Aff. th. 61. ε. p. 860.

An actio ad Palinodiam in heredem transeat injuriantis? Neg. th. 61. ε. p. 860.

An actio hæc transeat ad heredes injuriati? Aff. th. 61. p. 860.

An Reus Palinodiam canere nolens, si præsens sit, pro qualitate personæ & delicti pœnâ pecuniariâ aut carcere aliquot dierum coërceri, & si adhuc recantare detrectet, duriori carcere, item cibatione jejunâ, cum aqua & sicco pane, mit Wasser und Brodt/ puniri possit? Aff. th 61. ε. pag. 860.

An Judex in casu contumaciæ rei absentis ad pœnam banni procedere possit? Affirm. th. 61. ε. p. 861.

An Christianus ignominiosè nominando Judæum, injuriam committere, & ad Palinodiam per sententiam adigi possit? Aff. th. 61. ε. p. 861.

An licita sit injuriarum retorsio? Aff. th. 62. α. p. 861.

An injuriarum retorsio divino & naturali Juri repugnet? Negat. thes. 62. α. pag. 861.

Quomodo retorsio debeat esse comparata? th. 62. α. p. 862.

Quo pacto excedatur legitimus retorquendi modus? th. 62. α. p. 862.

Cui competat jus retorsionis? th. 62. α. p. 863.

An competat jus retorsionis Servo, Bannito &c. Neg. th. 62. α. p. 863.

Contra quem detur retorsio? thes. 62. α. pag. 863.

Quomodo retorsio fieri debeat. thes. 62. α. pag. 863.

In quo consistat effectus Retorsionis? th. 62. α. pag. 863.

An factâ Retorsione cesset actio ad Palinodiam? th. 62. α. p. 868.

Pœna injuriarum qualis sit? thes. 63. p. 868. & α. ibid. & seqq.

An leviores injuriæ quandoque pro attrocioribus habeantur, sicque ad altam seu superiorem referantur Jurisdictionem? Aff. th. 63. α. p. 866.

An is, qui leviter tantùm percussit magistratum, alapam fortè impingendo, jure fustigatione aut manûs amputatione puniatur? Aff. th. 63. α. p. 866.

An is jure meritò, qui magistratum percussit vulneravit, præter damni ac impensarum, præstationem, quas in curationem læsus fecit, pro arbitrio Judicis, vel relegatione, vel fustigatione, vel manûs amputatione, quandoque etiam pœnâ mortis puniatur? Affirmat. thes. 63. x. pag. 866.

An liberi parentes, aut pulsantes, aut verberantes, vel manûs amputatione, vel fustigatione, vel relegatione perpetuâ, vel mulcta aut carcere sint puniendi? Aff. th. 63. α. p. 866.

Quando Turbatores Sacrorum gladio sint puniendi? th. 63. α. p. 866.

Quomodo injuriarum actio tollatur? th. 64. p. 867. & α. p. eâd.

An orationis Dominicæ recitatione, & usu sacræ synaxeos dissimulata injuria censeatur? Neg. thes. 64. p. 867.

An dissimulatio seu remissio tacita non solùm civilem tollat injuriarum actionem, sed etiam criminalem? Affirm. thes. 64. δ. p. 869.

An judicis officium sit, injuriarum actionem vel vindictam maximè restringere, ut quæ non ex asse semper cum professione veri Christianismi congruit? Aff. th. 64. δ. & ε. p. 869.

An communis salutatio ex honestatis necessitate facta, ad evitandum vulgi rumorem, tacitam remissionem inducat? Neg. thes. 64. δ. p. 869.

Quid juris, si quis â Sacerdote Confessionario injuriâ affectus sit, & confiteatur ei sacra usu-

Source : BIU Cujas

usurus synaxi peccata, an confitens confessione non obstante nihilominus dein injuriarum contra eum agere poterit? Aff. th. 64. n. p. 870.

Quid requiratur ad id, ut pactum super injuria subsistat? th. 64. n. p. 870.

An ad Officium Judicis pertineat, non statim litigantes ob injurias ad processum admittere, sed amicabilem prius tentare compositionem, & ad privatam animorum exacerbatorum reconciliationem adhortari? Aff. th. 64. n. p. 870.

An injurians, qui per declarationem se à palinodia liberat, nihilominus ex officio possit puniri? Aff. th. 64. n. p. 871.

An mutuâ compensatione injuriæ regulariter tollantur? Neg. th. 64. n. p. 871.

An compensatio, licet â partibus non opponatur, â judice tamen ex officio possit suppleri, dictata tamen utrique mulctâ vel pœna? Aff. th. 64. n. p. 871.

An præscriptio annalis pertineat ad palinodiam? Aff. th. 65. δ. p. 872.

An injuriæ reales anno præscribantur? Affir. thes. 65. ζ. p. 873.

An præscriptio injuriarum verbalium interrumpatur sola citatione, non verò libelli oblatione? Affir. th. 65. ζ. p. 873.

An præscriptionis exceptio locum inveniat, si actor citationem impetrans, in termino non compareat, reu que sic ab instantiâ absolvatur, & actor ad refusionem expensarum & cautionem de lite prosequenda condemnetur, is verò intra annum rursus non agat, & actionem intentatam non continuet? Affir. th. 65. ζ. p. 874.

An actio injuriarum annalis, litis contestatione fiat perpetua, ut non solum contra injuriantem, sed & contra ipsius heredes post mortem injuriantis ad 30. vel 40. annos duret? Aff. th. 65. ζ. p. 874.

An exceptio præscriptionis injuriarum non solùm sit dilatoria, sed & peremtoria, sicque in vim peremtoriæ etiam post litis contestationem apponi possit, ac si proponatur super eam definitivè pronunciari debere? Affir. th. 65. ζ. p. 874.

Unde pasquillus nomen suum habeat? th. 66. γ. p. 874.

Quot modis famosus libellus sumatur? th. 66. γ. p. 874.

An ac famosum libellum nominis omissio requiratur? Alii Affirmant, alii negant. th. 67. γ. p. 875.

An necessario nomen ejus, in cujus injuriam libellus famosus scriptus est, exprimi debeat? th. 67. γ. p. 876.

Quid de eo dicendum, qui fictum adhibet nomen, an is â pœna ordinaria sit immunis? Neg. th. 71. γ. p. 880.

An levior dictetur pœna consulenti vel mandanti, ut pasquillus conficeretur? Aff. th. ε. p. 880.

An mitius puniatur, qui ab altero injuria ante provocatus & læsus libellum famosum confecit? Affir. th. 71. ε. p. 880.

An is, qui pasquillum à se confectum, antequam tota ejus series vel forma publicaretur, dilaceravit, vel eum affixum pœnitentia ductus, antequam divulgaretur, refixit, mitiorem pœnam sentiat? Aff. th. 71. ε. p. 880.

An is, qui libellum famosum â se confectum alio quodam libello contrario revocat, affirmans, ea, quæ in libello famoso antea proposita fuerunt, esse falsa & ex calore iracundiæ profecta, lenius puniatur? Aff. th. 71. ε. p. 880.

An incidat in pœnam, qui libellum famosum invenit vel legit, sed illum sustulit, non autem divulgavit, sed vel laceravit, combussit, vel etiam saltem retinuit & suppressit? Neg. th. 71. ε. p. 880.

An ullam incurrant pœnam Bibliopolæ, & librorum negotiatores, ementes in nundinis scriptum, quod pro famoso habeatur libello? Neg. thes. 71. ε. p. 881.

An famosus libellus tam de jure civili veteri, quàm novo inter delicta privata recenseatur? Aff. th. 71. ζ. p. 881.

An si multi simul per libellum famosum injuriam inferant, singuli in solidum conveniri possint? Aff. th. 71. ζ. p. 881.

An libellum famosum per alium libellum famosum, per modum retorsionis repellere liceat? Neg. th. 71. ζ. p. 881.

An Judex possit schedulas, quas appellant notificationis, sine nomine notificantis, unde mille sequuntur vexationes, recipere? Neg. th. 72. γ. p. 882.

An Denunciator debeat producere testes idoneos? Affir. th. 72. γ. p. 882.

Am

Source : BIU Cujas

An is, qui ulciscendi sui causa defert eum, à quo provocatus est, delator sit? Neg. th. 72. γ. p. 882.

An de honore & existimatione viri gravis & honesti aliquid detrahatur verbis injuriosis à levi homine in eum prolatis? Neg. th. 72. δ. p. 883.

An is, qui alterius uxorem inhonestè contrectat, exilio vel alia pœna extraordinaria puniri possit? Affirm. thes. 76. δ. pag. 886.

An in infligenda pœna ob abactionem partus Jus Civile quoque distinguat inter partum animatum & inanimatum, aut an nulla habita distinctione, utroque casu pœnam solum infligat extraordinariam? th. 79. δ. p. 888.

An is extraordinariè puniatur, qui matre gravida demortuâ partui non succurrit, sed eum, cum adhuc servari posset, in utero relinquit, nec exsecari curat? Aff. th. 79. ε. p. 891.

Quo tempore partus habeatur vitalis? th. 79. ζ. p. 892.

Quid si homo à circulatoribus interemptus fuerit, an actio ædilitia in factum, an verò pœna extraordinaria ex l. ult. locum habebit? thes. 87. γ. p. 897.

An Cadavera defunctorum ob contractum æs alienum arrestare, & sepulturam eorum prohibere adhuc sit in usu? Neg. th. 88. η. p. 899. 900. η.

An intra trigesimum bona defuncti queant arrestari? Neg. thes. 88. ι. pag. 900.

An cadavera sine permissu Superioris pervices vel oppida transvehere liceat? th. 88. ι. p. 901.

An aliquid parochis & ædituis propter cadavera prætervecta debeatur? Neg. thes. 88. ι. p. 901.

Quid juris, si quis cadaver nondum sepultum lædat, v. g. vulnerando, mutilando & brachium vel caput abscindendo? th. 89. β. p. 902.

An exhumare cadavera semel sepulta prohibitum sit? thes. 89. δ. pag. 903.

An licitum sit domino cadaver in loco suo privato tanquam alieno sepultum, privata inde autoritate eruere? Neg. th. 89. δ. p. 903.

An, si occisos in alio territorio sepultus sit, quàm ubi homicidium est commissum, dominus istius territorii cogi possit, ut extrahat corpus, & ad forum delicti transmittat? Neg. th. 89. δ. p. 903.

An cadavera punitorum de furca aut rota tollere liceat? Neg. thes. 89. δ. p. 904.

An licitum sit privatis, privata autoritate locum supplicii sanctum invadere? N. th. 89. δ. p. 904.

An hæreticorum cadavera, si per violentiam aut alio casu in cœmiterio tumulati fuerint, & ab aliorum corporibus discerni queant, exhumari & procul ab Ecclesiastica sepultura, jactari debeant? Aff. th. 89. δ. p. 904.

An sepulturæ in templis sint permittendæ? Aff. th. 91. β. p. 907.

An abigeus sit, qui â stabulo, non â sylva vel grege abegit pecus? th. 96. γ. pag. 913.

An ille lenius puniatur, qui ê stabulo abegit domitum pecus, non â sylva nec grege? Aff. th. 96. γ. p. 613.

An committatur crimen prævaricationis ab advocatis? th. 100. α. p. 916.

Quid de eo fiat, sive privato judicio, sive publico prævaricatus sit, hoc est, prodiderit causam? th. 100. α. p. 916.

An advocatus in crimen prævaricationis incidat, qui cum clientem suscepisset, cognitis instrumentis ejus, atque ita perspectis causæ secretis, isti patrocinio renunciat, & adversarii causam defendendam suscipit? th. 100. γ. p. 917.

An consanguineus banniti alicujus, receptans eum scienter, incidat in pœnam statuti? th. 104. p. 920. & α. 921.

Si quis scienter ad se receptum facinorosum per aliquot dies in domo sua retinuerit, & postea magistratui indicet, an nihilominu hujus delicti reus sit? Neg. th. 105. p. 920.

An quis ob solam scientiam delicti jam commissi, si id non revelaverit, pœnâ aliquâ teneatur? Neg. th. 105. p. 920.

Quid si delicti perpetrandi quis notitiam habeat? th. 105. α. p. 921.

An ille criminis læsæ Majestatis reus & pœna ordinaria puniendus sit, qui scit aliquem habere conatum illum perpetrandi, & non revelat? Affirmant alii, alii distinguunt. th. 105. ε. p. 922.

An deficiente probatione plena, actio ad exhibendum tanquam præparatoria actionis expilatæ hereditatis instituti possit? Aff. th. 108. θ. p. 928.

Ancon-

Source : BIU Cujas

An concurrant cum accusatione expilatæ hereditatis actiones ordinariæ, sc. hereditatis petitio, rei vindicatio, actio ad exhibendum. &c. affirm. thes. 108. θ. pag. 928.
Quid sit stellionatus, & quinam hoc crimen committant? thes. 109. δ p. 930. 931. 932.
An cesset stellionatus accusatio, si adversarius de fraude & crimine participet? Aff. th. 109. ι. p. 933.
An is, qui scienter atque dolosè terminos amovet, pœna capitis puniri possit? Neg. th. 110. ζ. p. 936.
An quis in duobus collegiis licitis regulariter esse possit? Neg. th. 112. γ. p. 939.
An is, qui duas diversas artes mechanicas exercet, ad onera & statuta utriusque collegii obligetur? Aff. th. 112. γ. p. 939.
An potestas collegii se eo usque extendat, ut ad collegium suum amplectendum aliquem compellere possit? Neg. thes. 112. γ. pag. 939.
An collegii semel extincti restauratio sine veniâ Superioris fieri possit? Neg. thes. 112. γ. p. 940.
An Zygeni sive Cingari in Republica sint tolerandi? Neg. th. 114. α. p. 941.
An ludus latrunculorum seu Scacchiæ inter ludos licitos sit referendus? aff. th. 154. β. p. 942.
An ebriositas sit delictum? aff. th. 114. γ. p. 942.
An Ebriosis in vitio morientibus, honesta denegetur jure sepultura? aff. th. 114. γ. p. 942.
An hodiè actionum popularium adhuc sit usus, an verò planè in desuetudinem abierint? Neg. th. 116. η. p. 944.

*In Exercitatione XLIX.*

AN privatum Judicium sæpè concurrat cum publico? aff. th. 4. α. p. 949.
An in causis criminalibus probationes luce meridiana clariores (ad condemnandum scilicet) requirantur? Affirm. th. 4. α. pag. 949.
An omnia judicia criminalia infament, sive per accusationem, sive per inquisitionem procedatur? Aff. th. 4. α. p 950.
An in judiciis publicis sive criminalibus procurator admittatur? Neg. th. 4. α. p. 950.
Cur mulier accusare nequeat? thes. 7. ζ. pag. 953.
An liberi, licet accusare parentes non possint, suarum tamen rerum conservandarum causa de facto eorum civiliter in crimine læsæ Majestatis conqueri possint? Affir. th. 7. λ. p. 953.
An non solùm omnes regulariter delinquentes accusari possint, sed & de quovis delicti genere accusatio procedat, sive sit delictum publicum, sive privatum? Aff. th. 7. ξ. p. 954.
An ob mentis defectum accusari nequeant infanites & furiosi? Affirm. thes. 5. ξ. pag. 955.
An liceat accusare accusantem? Neg. th. 7. ξ. p. 955.
An consuetudo, ut reus in conspectu populi apud publicum Judicii consessum accusaretur, defenderetur & tandem â judice sententia publicaretur, adhuc hodie in usu sit, voceturque die Heegung des Nothpeinlichen Halß-Gerichts? Aff. th. 7. ξ. p. 955.
An in criminalibus accusator intentionem suam probare teneatur? Aff. th. 7. ξ. pag. 955.
An possit Judex accusatori incarcerato vel custodiæ tradito certum terminum præfigere, intra quem accusationem vel etiam probationem absolvat? Affirm. thes. 8. ζ. p. 957.
An Inquisitio à reo publici criminis per remedium L. diffamari anteverti possit? th. 9. γ. p. 959.
An differant detineri in custodia & incarcerari? Aff. th. 10. γ. p. 961.
An incarcerato reo concedi possit salvus conductus, quando Judex, lite seu processu adhuc pendente, ex actis inquisitionalibus informatus reum innoxium fore delicti, cujus insimulatur, credit? thes. 16. η. pag. 994.
Quot modis salvus conductus tollatur, vimque suam amittat? th. 16. η. p. 964.
An delinquens remissionem impedire possit, si judex sua sponte eum remittere velit? Neg. thes. 12. β. p. 968.
An fieri possit, ut punitus ab uno Judice propter unum delictum, petatur remitti ad alium judicem pro alio delicto puniendus? Aff. thes. 12. β. p. 968.
An judex requisitus criminosum remittere nolens, teneatur cuique ipsum requirenti justitiam administrare & reum punire, ne crimina maneant impunita? Affir. th. 12. β. p. 968.
An Judex domicilii, vel delicti commissi compelli possit, ut avocet delinquentem? Neg. th. 12. β. p. 968.
Quid dicendum, si Judex reum fugientem in suo persequi cœperit, an transfugientem in alienum territorium non intermissâ persecutione, apprehendere possit? Neg. th. 13. p. 968. & α. ibid.
An si carcere inclusus aufugerit, commentarienſis



Source : BIU Cujas

rjensis seu carceris præpositus, item custodes, si fraus vel negligentia eorum subsit, jure merito graviter puniantur? Affir. th. 14. p. 968.

An ad custodis officium pertineat, ut ferrum vel venenum in carcerem inferri non patiatur? Aff. th. 14. ε. p. 970.

An pater incidat in pœnam privati carceris, filium correctionis causa per aliquod tempus certo conclavi includat? Neg. th. 16. α. p. 971.

An Dominus in vincula servum conjiciens, aut loco aliquo includens incurrat pœnam? Neg. th. 16. α. p. 971.

An infantes regulariter incarcerari possint? Neg. th. 16. θ. p. 971.

An carceris pœna infligi possit Ministris Ecclesiæ, mit Priesterlichen Gehorsam / si vel remotionem totalem nævis levioribus non meruerint, vel de emendatione nondum admoniti fuerint? Affirm. thes. 16. θ. p. 971.

An Nobiles ac Magistratus subditos contumaces carcere coërcere possint? Aff. th. 16. θ. p. 972.

An carceratus arbitrariè puniri possit, qui stuprat filiam vel ancillam custodis? Aff. th. 16. θ. p. 972.

An distinctis in carceribus plures delicti complices custodiendi, sicque separandi sint? Aff. thes. 16. θ. p. 972.

An incarcerati antequam juramentum de non vindicando carcere, vulgo Urphedam, præstiterint, dimitti possint? Neg. th. 16. θ. p. 972.

An in Principes Imperii committatur crimen læsæ majestatis? Distingv. thes. 18 pag. 974.

An in Imperatorem Romanum crimen læsæ Majestatis committi possit? Aff. th. 18. α. p. 974.

An committatur hoc quoque crimen in Augustam? Alii negant, alii affirmant th. 18. α. p. 974.

An is in hoc crimen læsæ majestatis incidat, cujus dolo malo consilium initum fuit quo quis Magistratus Reipublicæ, quive Imperium potestatemve habet, occidatur, quales sunt viri Illustres, qui consiliis aut consistorio Principis intersunt, & pars corporis ejus censentur, Duces exercituum, aliique? Aff. th. 18. β. p. 975.

An necessariò requiratur, ut delinquens odio, & contemplatione Principis tale quid fecerit, an verò sufficiat, eum odio privato ductum contra consiliarium de ejus nece cogitâsse, aut delictum hoc commisisse? Aff. th. 18. β. p. 975.

Quot modis hodie crimen læsæ Majestatis adversus Imperatorem committi possit? th. 18. γ. p. 975.

Quid de Rege Romanorum dicendum, an & in hunc crimen hoc committi poterit? Aff. th. 18. γ. p. 977. cum limit. ibid.

An in Pontificem Romanum, quatenus Princeps & in S. Petri Patrimonio summus & potentissimus, crimen læsæ Majestatis committi possit? Aff. th. 18. δ. p. 976.

An Imperator Romanus, vel alius Princeps, vel etiam eorum subditi crimen hoc in Pontificem committant. th. 18. δ. p. 977.

An perpetretur hoc crimen duntaxat â subditis majestatis? Aff. th. 19. p. 977.

An tales inveniantur, qui contendunt, etiam â non subdito atque peregrino crimen hoc committi posse? Aff. th. 19. α. p. 978.

Qualis sit differentia inter crimen perduellionis & læsæ majestatis? th. 19. γ. p. 979.

An tribus modis committatur crimen perduellionis? Aff. th. 20. α. p. 981.

An subditis, fide â Principe seu ab Imperante data non servata nec præstita, licitum sit, subjectionem ei denegare, adversus eum arma sumere, & vitæ ejus insidias struere? Affirmant alii, aii Disting. th. 20. α. p. 982.

An si feuda possideat in vel extra territorium hujus criminis reus, cujus Dominus non est, is, in quem deliquit, an & ea publicentur? th. 20. ε. p. 985.

An reus perduellionis ipso jure eo ipso, quod commisit delictum, an vero post sententiam demum declaratoriam bona sua amittat? th. 20. ε. d. 985. 986.

An filii Rei perduellionis patris fiant infames? Aff. th. 20. ζ. p. 986.

Quid de naturalibus statuendum, an & hi in liberorum classem, quos paterna comitatur infamia, referendi sint? Alii affirmant, alii excipiunt. th. 20. ζ. p. 986.

An filiæ sint exemptæ ab infamiæ pœna, quæ filiis ob paternum irrogatur scelus? th. 20. ζ. 986. 987.

An confiscatio bonorum justitiæ ac naturæ LL. conveniat? th. 20. η. p. 987.

An læsæ Majestatis reus dicatur, qui injussu Principis

Source : BIU Cujas

cipis bellum gesserit? & exercitum comparaverit? Aff. th. 21. α. p. 989.

An quilibet Status Imperii & Dominus subditos suos inobedientes & contumaces, refractarios & rebelles, bello & armata manu invadere possit? Aff. th. 21. α. p. 989.

An speciale crimen læsæ majestatis committant, qui muros violant, aut contumeliosè transiliunt, vel aliundè civitatem quàm per portam ingrediuntur? Aff. thes. 21. α. p. 989.

An crimen læsæ majestatis committant, qui falsam cudunt vel formant monetam? Aff. th. 21. α. p. 989.

An crimen læsæ majestatis committant, qui cum privatus sit, pro potestate magistratuve sciens dolo malo se gerit, id est, Imperium & potestatem dolosè usurpat, aut pro duce se gerit? Aff. thes. 21. α. p. 989.

An crimen læsæ majestatis committat, qui carcerem privatum exercet, aut compedibus vel vinculis aliquem detinet? Aff. th. 21. α. p. 989.

An is, qui eum offendit, qui salvum conductum impetravit, criminis læsæ majestatis sit reus? Affirm. thes. 21. α. p. 989.

An Imperatori maledicens crimen læsæ majestatis committat? Affirmant alii, alii negant. th. 21. δ. p. 990.

An in crimine læsæ majestatis accusator cum reo tormentis sit subdendus, si manifestis indiciis accusationem suam probare nequeant? Aff. th. 21. δ. p. 991.

An is, qui è complicibus conjurationem seu conatum hujus criminis revelat, si re adhuc integra & in exordio statim id fiat, non solùm veniam, sed & præmium atque honorem mereatur? Aff. th. 21. δ. p. 991.

An cesset pœna hujus criminis, si Princeps alicui hujus criminis gratiam fecerit? Aff. th. 21. δ. p. 992.

An cesset pœna, si princeps pacto vel transactione crimen hoc alicui remiserit? Aff. th. 21. δ. p. 992.

An finiatur per obitum Principis, qui sciens, dum vixit, conquestus non est? Neg. th. 21. δ. p. 992.

An læsio Majestatis divinæ committatur Blasphemia, Magia, Apostasia & Hæresi? Aff. th. 22. α. p. 993.

An Blasphemiam committat, qui utitur loquendi formulis, quibus Deus vel falsitatis ac malitiæ accusatur, vel quibus homo Deo maliciosè imprecatur, aut mysteria divina convitiatur, atque sic divino honori detrahit? Aff. th. 22. β. p. 994.

An omne dictum, omne vituperium, convitium, quod fit cum probrosâ quadam irreligiositate & diminutione honoris divini, omne factum in contemptum Dei vergens Blasphemia sit? Aff. th. 22. β. p. 994.

An is mediatè crimen Blasphemiæ committat, qui jurat, vel etiam alteri maledicit per passionem, vulnera & Sacramenta Christi? Aff. th. 22. β. p. 994.

An crimen Blasphemiæ committat, qui Dei, Christi, B. Mariæ Virginis, aut etiam Sanctorum imagines conspurcat, lacerat, stercore maculat, dejicit vel aliis modis violat & dehonestat? Affirm. thes. 22. β. p. 994.

An in beatam Mariam Virginem, reliquosque Sanctos crimen Blasphemiæ committatur? th. 22. β. 994.

An pœna Blasphemiæ immediatè in Deum commissæ sit ultimum supplicium, sive pœna gladii? Aff. th. 22. β. p. 995.

An pœna Blasphemiæ mediatè in Deum commissæ sit tam in Imperio Romano, quàm in terris Saxonicis arbitraria? Aff. th. 22. β. p. 996.

An Blasphemans Sanctam Mariam Virginem si Blasphemia insimul tangit Dei filium pœna ordinaria, aliàs vero extraordinaria, sicuti & is, qui reliquos blasphemat Sanctos, afficiatur? Affirm. th. 22. β. p. 996.

An perjurium tam atrox atque grande delictum sit, ut ipso homicidio propter animæ periculum atque interitum gravius sit? Aff. th. 22. γ. p. 996.

Quid ad perjurium requiratur? th. 22. γ. p. 996.

An sacrorum turbatores, qui se palam concionatoribus in suggesto opponunt, eisve contradicunt, conciones Dei, vel alio modo, administrationes sacrorum impediunt, sint puniendi? Aff. th. 22. δ. p. 997.

An hæresis crimen sit? th. 22. δ. p. 997.

Quid requiratur ad id, ut quis hæreticus sit? th. 22. δ. p. 997.

An hæretici pœna capitali affici queant? Affirmant alii, alii distinguunt? thes. 22. ε. pag. 998.

An protestantes Jure Cæsareo hæretici & ultimo sint afficiendi supplicio? thes. 22. ε. pag. 998.

Quæ sint hæreseos criminis pœnæ Canonicæ? th. 22. ε. p. 998.



Source : BIU Cujas

Quæ sint hæreseos Criminis pœnæ ex Jure Civili? th. 22. ε. p. 999.

An mulieres hæreticæ habeant privilegia dotalia? Neg. thes. 22. ε. p. 999.

An distinctio inter hæreticum theologicè & politicè consideratum, improbanda sit? Neg. th. 22. ε. p. 999.

An coitus omnis extra matrimonium sit ipso jure naturæ illicitus, sive sobolis procreationem respiciat, sive solius libidinis causa fiat? Affir. th. 24. p. 1000. & α. ibid.

An fornicatrix recte dicatur meretrix? Affir. th. 25 p. 1000.

Quæ requirantur ad hoc, ut mulier meretrix dici queat, & ex quibus rectè colligamus, aliquam esse fornicatricem? thes. 24. β. pag. 1001.

An de jure civili fornicatio prohibita sit & punibilis? Neg. th. 25. β. p. 1001.

An de jure Saxonico mulieres meretrices palam se prostituentes & quæstum facientes relegatione temporali vel perpetua puniantur? Aff. th. 24. γ. pag. 1001.

An ob fornicationem tàm sponsæ quàm sponsi dissolvantur sponsalia? Affirm. thes. 25. γ. pag. 1002.

An ob fornicationem hereditas in Saxonico foro amittatur? Negat. thes. 25. γ. p. 1002.

An cognitio & pœna fornicationis non adjurisdictionem inferiorem, sed ad superiorem pertineat? Affir. th. 25. γ. p. 1002.

An stuprum in publicam meretricem cadat? Neg. th. 25. ε. p. 1002.

An committatur æquæ stuprum in Viduam, quàm in Virginem? Affir. thes. 25. ζ. p. 1002.

An immunis sit â dotandi onere, qui remissionem dotis â puella impetravit, aut tempore stupri de certo pretio cum ea convenit? Affir. th. 25. ι. p. 1003.

An, si tantum se exercuit juvenis cum muliere, ut testis libidinis in cunis lusitet parvulus Æneas, obligatus sit stuprator, & ferre puerperii expensas & alere infantem? Aff. th. 25. κ. p. 1003.

An commentariensis stuprum inferens incarceratæ, eadem plectatur pœna de Jure civili, quâ tutor vel curator? Affirm. th. 25. λ. p. 1004.

An mulier, cui quis per vim stuprum inferre conatur, ut virginitatem seu pudicitiam illibatam retineat, seipsam interficere? Neg. th. 25. μ. p. 1005.

An adulterium per proprii thori violationem de jure civili non committatur, sed solum per thori alieni violationem? Affirm. th. 26. γ. p. 1005.

An in eam committatur adulterium, quæ pudicitiam prostituit? Distingv. thes. 27. p. 1006.

An mulier, quæ, quacunque fraude inducta credidit, sibi cum marito rem esse, adulterii rea fiat? Neg. th. 27. p. 1007.

An qui cum alterius uxore, quæ vulgaris fuit, hoc est, pudorem suum vulgavit, & vulgò copiam sui fecit, rem habuit, rectè adulterium commisisse dicatur? Alii affirmant, alii negant. thes. 27. ζ. p. 1007.

An adulterium committatur æquè in uxorem injustam quàm justam? Aff. th. 27. ε. p. 1007.

An adulterium committens dignus censeatur novo conjugio? Neg. thes. 29. ε. p. 1010.

An de jure Civili Justinianeo capitale sit adulterium tantùm ratione maris, quando torus violatur, h. e. quando conjugatus cum conjugata, vel etiam solutus cum ligata se carnaliter commiscet, maritus verò accedens ad solutam virgis solum cædatur, & in perpetuum relegetur? Affirm. thes. 30. δ. p. 1011.

An de Jure Saxonico Electorali adulterium semper & quovis casu sit capitale, exceptâ solùm muliere soluta, quæ fustigationis cum perpetua relegatione sustinet pœnam? Aff. th. 30. δ. p. 1011.

An in infligenda pœna ob adulterium semper loci, seu fori delicti habeatur ratio, reusque puniatur secundum statuta loci, ubi delictum est commissum? Affirm. thes. 30. p. 1012.

An quis regulariter in hoc delicto ex præsumptionibus puniri possit? Neg. th. 30. δ. p. 1012.

An Judæus Christianam uxorem cognoscens gladio puniatur, & gravius adhuc, si id faciat in contemptum Domini nostri Jesu Christi? Aff. th. 30. δ. p. 1012.

An mulieribus concessum sit accusare non solùm maritum adulterum, sed & personam solutam, cum quâ rem habuit? Affir. th. 31. γ. pag. 1013.

An hæc facultas accusandi etiam extraneis concedatur? Negant alii, alii limitant, th. 31. δ. p. 1013.

An vir, qui ipse impudicè vivit, nec mulieri bonos mores colendi autor fuit, eam accusare possit? Neg. th. 31. δ. p. 1013.

An deficientibus accusatoribus possit Magistratus

Source : BIU Cujas

stratus ex officio inquirere? Aff. th. 31. δ. pag. 1013.

An maritus propria autoritate propter adulterium notorium, si scilicet uxor fuerit confessa adulterium, vel in manifesto adulterio deprehensa, vel aliàs convicta, relinquere uxorem possit? Neg. th. 31. δ p. 1013.

Utrum ex Jure Cæsareo veteri pœna adulterii forensis esset vitæ amissio? scilicet an lege Julia aliave hac vetustiori? th. 32. p. 1013. & α p. 1014.

An remittatur pœna ordinaria marito, qui cum uxore aliena prius adulterata rem habuit? Neg. th. 33. p. 1015.

An remissio partis innocentis prosit etiam alteri parti, seu socio vel sociæ criminis? th. 33. ε p. 1016.

An impotentia unius conjugis personæ quoque coadulteranti pœnam mitiget? Aff. th. 33. ϑ p. 1017.

An occasionem damni dans, ipsum damnum dedisse videatur? Aff. th. 33. ϱ p. 1018.

An dissolvatur matrimonium ob constantem debiti conjugalis denegationem? Aff. th. 33. ϱ p. 1018.

An tollatur pœna adulterii, nec planè locum inveniat, si à tempore delicti quinquennium continuum fuerit præterlapsum? Aff. th. 33. δ p. 1018.

Quid de impubertate dicendum, an hæc mitigabit pœnam adulterii ordinariam? Affirmant alii, alii negant, thes. 33. σ p. 1018.

An extrema necessitas ab adulterii crimine excuset? Neg. th. 33. σ p. 1018.

An pœna mitigetur, si confessus est adulter, adulteræ autem confessio eo, quod in fuga sit, haberi nequeat, vel contra? Aff. th. 33. σ p. 1018.

Si verò uterque delinquens præsens fuerit, & alter condemnatus sit ex confessione, alter verò neget delictum, & se defendere paratus sit, an tunc obtineat ordinaria pœna? Neg. th. 33. σ p. 1018.

An bigamia adversetur Juri Divino, Naturali, Civili, Canonico & Privato? Aff. th. 34. α p. 1019. alii negant ibid.

An pœna Bigamiæ mitigetur propter intercessionem legitimæ conjugis? Neg. th. 35. p. 1020.

Cur in Bigamos de jure Civili pœna mortis non sit statuta? th. 35. α p. 1020.

Quid si separati sint conjuges quoad thorum & mensam, & alter bigamiam inierit? thes. 36. p. 1021.

Quid si bigami conscientia victi, ante concubitum se invicem derelinquant, nec copula carnali delictum hoc perficiant? th. 36. β. p. 1021.

An bina celebrans sponsalia bigamus sit? Aff. th. 36. γ. p. 1021.

Si quis aliam absque cognitione & judicio Ecclesiæ & Consistorii duxerit, eò quod primam sponsam initi cum ipso matrimonii pœnituerit, an secundum matrimonium ratum maneat? Aff. thes. 36. δ. pag. 1021.

An cesset pœna bigamiæ, si superinducens vel superinducta persona ad reddendum debitum conjugale fuerit inhabilis? Affirm. th. 36. ζ. p. 1022.

An sacrilegium luxuriosum committatur, quando utraque persona est sacra seu voto obstricta? Aff. th. 37. p. 1022.

An excusandi sint illi barbari, veluti Persæ & vicini Persis populi, ut Medi, Mauri, Æthiopes & Arabes, & hujusmodi similes, in quibus & natus genitrici, & nata parenti jungitur? Neg. thes. 38. γ. p. 1023.

An vitricus cum privigna, noverca cum privigno, socer cum socru, gener cum nuru, & ita deinceps, inter se carnaliter congredi possint? Neg. th. 38. δ. p. 1024.

Quænam de jure civili pœna in incestum sit statuta? th. 38. ε. p. 1024.

An incestum committant frater & fratris filia? Aff. th. 38. ζ. p. 1025.

An amita, vel matertera, vel amita magna, vel matertera magna sine incestu duci possint? Neg. th. 38. ζ. p. 1025.

An fratres & sorores, sive uterini sive consanguinei fuerint, jungi possint? Neg. th. 38. θ. p. 1025.

An vero hoc casu incestus jure gentium censeatur commissus, an juris civilis? th. 38. θ. p. 1025.

Utrum vitricus privigni sui relictam viduam citra crimen incestus ducere queat? Neg. de Jur. Civ. Affirm. de Jure Canonico, thes. 38. λ. p. 1026.

Utrum quis relictam viduam defuncti fratris, defunctæ uxoris suæ, in matrimonium ducere queat sine incestus crimine? Ob einer seines verstorbenen Weibes Bruder




Source : BIU Cujas

Wittibe zu Ehe nehmen möge? Affirm. alii, alii distinguunt? th. 38. λ. p. 1026.

Quæ pœna dictanda sit, si incestus quidem commissus sit extra figuram matrimonii, causam autem illi dedit præcedens matrimonium? th. 38. λ. p. 1027.

An ab incestu excuset ignorantia vel ipsius cognationis aut affinitatis, vel prohibitionis, non quidem ejus, quæ est ex jure naturali vel gentium, sed quæ est ex jure civili? Aff. th. 39. p. 1027.

An pœna incestus extendenda sit ad eum, qui carnaliter cognovit eam, quam ex sacro baptismate levavit, vel quæ eum ex baptismate susæpit? Neg. thes. 39. α. p. 1028.

Quid si vasallus criminaliter incestus damnatus, & bona ejus publicata non fuerint, an civiliter & principaliter nihilominus conveniri possit? Affirm. thes. 39. α. p. 1029.

An is, qui tentavit tantùm vim inferre, etsi effectu non sit potitus, tamen hujus criminis reus efficiatur? Affirm. thes. 40. γ. p. 1030.

An stupro violento rectè annumerabitur illud, ad quod blanditiis, persuasionibus & promissionibus fœmina est inducta? Aff. th. 40. γ. p. 1030.

An stuprum virgini immaturæ, minori scilicet 12. annis illatum, propriè violentum adeoque morte mulctandum sit? Affirm. alii, alii negant. th. 40. δ. p. 1030.

An stuprans violenter minorem semper pœna afficiatur capitali, etiam de Jure Saxonico & Jure Prutenico. Disting. thes. 40. ε. p. 1031.

An pœnam ultimi supplicii incurrat, qui consilio, favore aliave ope stuprum violentum juvat & promovet? Affir. thes. 40. θ. pag. 1032.

An cesset pœna ordinaria in stupro violento attentato, v. g. si stuprator repugnantiam fœminæ, vel alio modo impeditus crimen perficere non potuerit? Aff. th. 40. θ. p. 1032.

An mitigetur pœna, si vi stuprata nubere stupratori, & ille eam ducere velit? Aff. th. 40. θ. p. 1032.

An cesset pœna gladii, si stuprata neget stuprum violentum, aut ejus saltem consummationem, licet stuprator hoc confessus fuerit? Aff. th. 40. p. 1033. 1033.

An cesset omnis pœna in muliere vi stuprata in tantum, ut nullam infamiæ maculam incurrat, sed inviolatæ existimationis permaneat? Aff. th. 40. θ. p. 1033.

An talis vi stuprata sertum vel coronam in capite gerere possit? Neg. th. 40. θ. pag. 1033.

An cessatio pœnæ in tantum extendatur, ut mulier ob tuitionem pudoris ac pudicitiæ stupratorem impunè occidere, sicque conatum ejus reprimere queat? Aff. thes. 40. θ. p. 1033.

An pœna raptûs sit ultimum supplicium? Aff. th. 41. p. 1033.

Quid si raptor fœminam fraudulentis persuasionibus induxerit, & ut secum abiret, illam dolis artibus circumvenerit? thes. 41. β. pag. 1033.

An is, qui mulierem rapit, eam tamen non violat, sed honestè tractat, raptor sit, & pœna raptus teneatur? Neg. thes 41. γ. p. 1034.

An meretricem rapiens raptor sit dicendus? th. 41. δ. p. 1034.

Quid potissimum ad crimen raptus requiratur? th. 41. δ. p. 1034.

An sponsam propriam quoque abducens in crimen raptus incidat? Affirm. th. 41. δ. pag. 1034.

An raptor de jure civili fiat infamis & incapax omnis honori? Aff. th. 41. ε. p. 1034.

An si ancilla vel libertina rapta fuerit, raptoris bona patiantur diminutionem? Negat th. 41. ε. p. 1034.

An pœna ultimi supplicii obtineat, si quis abduxerit virginem nubilem, sed nondum desponsatam, sive desponsatam, sive etiam immaturam, seu nondum viri potentem, uxorem, viduam, monialem, servam aut liberam? Aff. th. 41. ε. p. 1034.

An pœna raptus locum habeat, si quis sponsam de futuro propriam rapuerit invitam de futuro? Aff. th. 41. ε. p. 1034.

An locum habet pœna ordinaria, etiamsi mulier non fuerit per vim rapta, sed metu compulsa sequi raptorem? Aff. th. 41. ε. p. 1035.

An in eo mitigetur pœna, qui credidit, id sibi licere, cum h. m. cesset dolus, ut si rapuit, ne sequeretur matrimonium impar & scandalosum? Affirm. th. 41. ε. p. 1036.

An in Sodomiæ crimen incidat, qui cum Judæa concumbit? Neg. th. 42. α. p. 1037.

Quid si verò quis cum fœminâ mortuâ execrandam exerceat libidinem, an sit crimen Sodomiticum? Aff. th. 42. α. p. 1037.

Qui

Source : BIU Cujas

Qui sint casus, quibus Pax publica violetur. th. 47. γ. pag. 1045.

An is non solum contra pacem profanam vel publicam delinquat, qui actu in eam quid committit, sed & qui contra eandem facere conatur, effectu licet non secuto Aff. th. 47. δ. p. 1045.

An violatores pacis publicæ, si deprehendantur, gladio puniri possint? Aff. th. 47. ε. p. 1046.

Quotuplex sit pœna fractæ pacis? thes. 47. ε. pag. 1046.

An constitutio Imperii de fractâ pace publicâ pertineat etiam ad homines privatos? Aff. th. 47. ε. pag. 1046.

An ex constitutione fractæ pacis publicæ puniri possint ædium effractores & expugnatores, si scilicet expugnatio illa fiat coadunatis hominibus, vi majori atque armata, doloso ac hostili animo? Aff. th. 47. ε. pag. 1046.

An fractæ pacis crimen committant ii, qui coadunatis hominibus, vi majori carceratos cum effractione & hostili animo ex carcere eximunt? Affirmat. thes. 47. ε. pag. 1046.

An Reo criminis fractæ P. P. concedatur tantum salvus conductus generalis non specialis? Aff. th. 47. ε. p. 1046.

An ad id, ut quis pro reo criminis fractæ Pacis publicæ habeatur, sententia declaratoria requiratur? Affirm. thes. 47. ε. pag. 1046.

An diffidatio sit crimen affine, vel potius species criminis fractæ pacis publicæ? Aff. th. 47. ε. p. 1046.

An diffidatio conditionalem pœnam mortis mereatur? Aff. th. 47. ε. p. 1046.

An diffidatio fiat vel ipsius diffidatoris verbis, vel per nuncium, vel per literas, vel signis tantum diffidatoris? Affirm. th. 47. ε. pag. 1047.

An signis diffidatio fiat, quando diffidator suum diffidandi animum signo quodam declarat, mit Brandzeichen Aufstecken / mit Brände und Beseme Anhängen. Aff. thes. 47. ε. p. 1047.

An Mulieres criminis diffidationis reæ fieri possint, cum & Pacem publicam violare queant, licet non semper per seipsas, tamen per illos, quibus hoc in negotio utuntur? Aff. th. 47. ε. p. 1047.

An pœnam diffidationis capitalem incurrat, qui literas diffidatorias ad alterius mandatum emittit? Aff. th. 47. ε. p. 1047.

An pœna diffidationis obtineat, etiamsi damnum nullum fuerit datum, sed diffidatio in terminis conatus substiterit? Aff. th. 47. ε. p. 1047.

Quando licitæ sint diffidationes? thes. 47. ε. pag. 1047.

An minitator, si non habeat, unde in carcere se sustentet, à minitato alendus sit? Aff. th. 47. ε. p. 1048.

An conatus homicidii extraordinariè puniatur, non solùm in homicidio simplici, sed & in qualificato? Affirm. thes. 50. ε. pag. 1050.

An conatus etiam de Jure poli sit levius peccatum, quàm delictum perfectum? Aff. th. 50. ε. p. 1051.

Quid de eo erit dicendum, qui cum alio privatim & in ædibus forsan suis de occidendo tertio deliberat, ulterius autem non progreditur, an & is pœnam sustinebit ordinariam? Neg. th. 50. ε. p. 1051.

Quid de avtochiriâ sentiendum? thes. 25. β. p. 1053. & p. 1054.

An ob conservandam pudicitiam semet ipsam virgo vel mulier interficere queat? th. 52. β. p. 1054.

An ob martyrium evitandum, & ne fidem Christianam ejerare cogamur, quis in proprium sævire cotpus, necemque sibi inferre possit? th. 52. β. p. 1054.

An sine ἀυτοχειρίας vitio atque crimine pulveri pyrio ignis subjici possit, ut classiarii cum navi discerpantur, ne in potestatem hostium veniant? th. 52. β. p. 1054.

An, si Magistratus vel princeps mortem alicui indicaverit, possit is, qui mortem pati debet, ipse exequi, sibique manus violentas inferre? Negat. thes. 52. β. pag. 1054.

An homicidium baculo perpetratum regulariter pro doloso habeatur? Neg. th. 52. ζ. pag. 1056.

An pugno vel alapâ homicidium dolosum fieri possit, pœnaque ordinaria mereatur? aff. th. 52. ζ. p. 1056.

An lapide seu potius jactu lapidis aliquem occidens animum dolosum habuisse regulariter præsumi possit? Neg. th. 52. ζ. p. 1056.

An præsumtio ex percussione baculi in capite vel loco periculoso ad inducendum voluntarium homicidium locum habeat in aggressore? aff. th. 52. ζ. p. 1056.

An præ-

Source : BIU Cujas

An præsumtionibus reus ad naturalem mortis pœnam sit condemnandus? Neg. thes. 52. ζ. p. 1056.

Quid, si quoad cadaver occisi Medici & Chirurgi inter se dissentiant, & quidam vulnus lethale, quidam verò non lethale illud asserant? th. 52. η. p. 1057.

Quid, si contra duos vel tres Medicos vel Chirurgos Collegium medicum consultum super facti specie vulnus pro non-lethali habeat? th. 52. η. p. 1057.

Quid, si porrò reus per modum defensionis probare velit, vulneratum non ex vulnere, sed ex malo regimine, imperitia & negligentia Medicorum, aliâve ex causa obiisse? th. 52. η. p. 1058.

Quid, si totum Medicorum Collegium vulnus lethale asserat, alius verò extra Collegium dissentiat? th. 52. η. p. 1058.

Quo pacto censeri possit, vulneratum ex vulnere non mortuum esse? thes. 52. η. p. 1058.

An Clerici apud Protestantes à pœnâ homicidii ordinariâ eximantur? Neg. th. 53. α. p 1060.

An gravius puniatur, qui fidelem, quàm infidelem occidit? thes. 53. γ. p. 1062.

Quid, si de uno interfectore ex pluribus certus sit judex, de reliquorum verò proæresi non liquidò constet? th. 53. ε. p. 1062.

An si in turbâ vel rixâ citra conventionem & animum occidendi, casu exorta, unicum vulnus vulnerato sit illatum, & vulneris autor ignoretur, omnes extraordinaria sint afficiendi pœnâ? aff. th. 53. ε. p. 1062.

Si unus à pluribus, in rixâ insperatò orta, pluribus affectus sit vulneribus, sicque occisus, & constet, quodnam ex vulneribus sit lethale, & quis illud intulerit, an is, qui vulnus lethiferum inflixit, de homicidio, reliqui verò de vulneribus teneantur? aff. th. 53. ε. p. 1062.

An si Magister vel Præceptor in disciplinâ vel arte discipulos suos ex nimiâ sævitiâ lethaliter vulneret atque occidat, nimia hæc ejus sævitia culpæ annumeretur, & hinc arbitrariam mereatur pœnam? aff. th. 54. α. p. 1063.

An in casuali homicidio occisor ab interempti hæredibus ob damnum datum nihilominus conveniri queat? aff th. 54. δ. p. 1068.

An homicidium à furioso aut mente capto commissum, à pœnâ capitali liberet? aff. thes. 54. δ. p. 1068.

Quid juris, si furor non satis fuerit probatus, & judex adhuc sit dubius atque anceps, quo tempore delictum sit commissum? thes. 54. δ. p. 1068.

An sibi injurius sit, qui cum vitam suam cum alterius interfectione tueri posset, eam non tuetur? aff. th. 55. α. p. 1069.

An defensio necessaria sit licita etiam contra Principem non inferentem? aff. th. 55. γ. p. 1070.

An furiosos, mente captos, dormientes, noctambulos, & similes, si gladio arrepto, vim inferre nitantur, pro necessariâ defensione occidere liceat? aff. th. 55. δ. p. 1071.

An adsit vis injusta, si parentes, & post mortem eorum agnati & propinqui, Præceptores, Domini in castigando modum non excedant, sed moderatè liberos, agnatos, discipulos, famulos atque famulas castigent? Neg. th. 55. δ. p. 1071.

opinionem aut Responsum duorum probatorum Doctorum habet II. 17. 70. Vel quando de causa controversa variæ sunt Dd. opiniones, nec reperitur, quisnam verè sit peritus, aut si victus, celebris Doctoris autoritate nitatur. ibid. e 71. Reus ad expensas termini exsolvendas condemnari nequit, impedimentô probatô V. 30. a 252. Expensæ in personam filii factæ, & in ejus res, differunt VII. 54. th. 414. Expensæ Doctoratus, Magisterii, Notariatus &c. non veniunt in imputationem legitimæ X. 35. II. II. 637. In expensas condemnatur reus, si titulum possessionis in petitione hereditatis dicere noluerit licet in fine illum sufficienter ad absolvendum probaverit 51. b 646. Expensæ restitutioni obnoxiæ debent in societatem seu communionem conversæ esse, nec voluptuariæ magis quam proficuæ rei communi XV. 25. & g 924. Reus licet juramento se purgaverit, aliquando verò in expensas condemnatur XVII. 46. & z 1103. Expensæ non tantùm propter calumniam, sed etiam ob temeritatem debentur 75. d VII. 1139.

Eorum nomine quænam veniant. XLIV. 3. pag. 213 Cui adjudicandæ. ibid. 6. an eas præstet, qui supervenientem malam causam habet, an Personæ privilegiatæ. v. g. Clericus Fiscus &c. an si victa Persona sit honesta, fide ligna. ibid. g p. 213.

## Expliatores.

Quinam dicantur? XLVIII. 107. pag. 925. a quomodo differant ab effractoribus. ibid. pag. 925. Eorum pœna. ibid. Crimen expilatæ hereditatis. 108. p. 926. a

## Explicatio Legum, *vid. LL. explicatio.*

## Exploratores.

Belli, non tantum permissi, sed etiam necessarii, & possunt instar militium testari, conf. XXXIV. 4. k (3. pag. 791.

## Expositio infantis.

Infantes expositi, quorum parentes ignorantur, utrum legitimi an spurii esse præsumantur III. 4. æ 101. & X. 18. g 619. Alimenta infantis expositi sunt onera jurisdictionis IV. 82. a 215. Expositi infantes personis miserabilibus accensentur IX. 59. b (14. 576.

Annumerantur Criminibus extraordinariis, & pœna est arbitraria. XLVII. 113. pag. 940. a b vid. Infans.

## Expromissio.

Expromissionis descriptio XXI. 3. z 1358. Plus est in expromissione quàm fidejussione. ibid. Ab expromissore quid differat Fidejussor. XLVII. 35. d 583. 61. b. 632.

## Extraneus.

Extranei qui dicuntur II. 22. z 68. Opponuntur urbium incolis veris ac peregrinis. ibid. Statutis regulariter non obligantur. ibid. & XIIX. 58. b 1205. Casus, quibus subjiciuntur, sunt (1. si in loco statutis subjecto contractum vel quasi ineant, (2. si forensis litem cuipiam moveat (3. Si forenses aliquo in loco testamentum faciant, ibid. Extraneus ante aditam hereditatem jus sepulturæ non habet XV. 69. æ III. 955.

## Exul.

Exul quis dicatur IX. 33. b 551. Exuli in civitate refugium quærenti, onera imponere ab hospitalitate & humanitate alienum est 38. d pag. 555. Exules misericordia digni, qui falso prætextu adversariorum suorum potentia patria expulsi 59. b (6. 576.

## F.

## Facultas.

Meræ facultatis res quæ sint? *vit. tit. Res meræ facultatis.*

## Factor.

In latioris vocis usu dicitur Institor XX. 31. & i 1313. seq. Ejus descriptio 31. i 1314. Ex delicto factoris in præponentem actio non competit. 32. a i 1314. Factor generi mandato de gerendis omnibus negotii murui acceptione obligat Dominum 33. g 1316. Plures domini unô factore utentes, more Hollandorum aliarumque gentium, non in solidum conveniuntur, sed singuli pro ratis suis portionibus. 36. b. 1318. Factor seu Institor pro debitis domini sui arresto detineri non potest. II. Non fruuntur ratione salarii prælationis jure, quod ob mercedem famulis conceditur. 38. d I. II. 1319. An Institor negotiis mercantilibus generaliter & indefinitè propositus absque mandato speciali literas cambii acceptare, easque expedire queat XXV. 41. æ III. 1751.

## Facti species.

Facti species, ad quam jus est applicandum, diligenter secundùm omnes circumstantias consideranda II. 45. 91. Et nisi adsit fundamentum facti, nullum potest bonæ allegationis artificium supponi 45. b 91. Scævolam in enarranda facti specie valdè diffusum esse, in Responsis autem brevem 45. a ibid. Facti species, quæ etiam assumtio seu narratio dicitur, qualis esse, & quæ continere debeat. V 39. g 265. Quæ in facti narratione occurrunt notanda. 39. e 265. seq. Factum licet ineptè, sit expositum propter conclusionem sustinetur 39. e 226.

## Factum.

Facti æstimationem valdè auget vel minuit ipsa facti conditio, ubi occurrunt (1. deliberatio (2. conatus seu studium (3. Dolus (4. Culpa) 5. Habitus. I. 31. a 27. Factum quod quis alii fecit, id ipsum vicissim fiat, non semper satis est. 34. b 28. Factum Principis reputatur factum Dei. II. 9. b 66. Ea, quæ in facto consistunt, etiam prudentissimum fallere possunt. 21. d 74. & IV. 25. g 171. & XIX. 33. a 1255. Facti circumstantias jCtum considerare oportet, non quæstiones? II. 45 a 91. In facto jus est positum. ibid. Facta latè atquè perspicuè ex om-

Source : BIU Cujas

ex omni parte explanari debent : Responsa autem sint de jure concisa atqnè brevia. ibid. Levissima facti mutatio sæpè totum jus mutat. 45. b 91. In variando facto committitur mendacium 52. a 96. Exemtio est facti, quæ probanda. IV. 55. b 149. Factum quod causatur dominium vel quasi, seu jus agendi, est causa remota in actionibus realibus V. 39. b 265. Factum civile aliud est absolutum, aliud obligatorium; hoc est triplex (1. conventio (2. delictum (3. pollicitatio. VI. 4. 274. An acceptilatio hisce tribus conventionis speciebus fit addenda. 5. 275. Ex facto quasi contractibus præsumitur tacita obligandi voluntas. 34. e 301. Factum in jure accipitur variè, (1. pro causa seu specie facti. (2. pro mora (3. quod relinquitur in suis terminis. (4. quod opponitur juri (5. pro facto nostro in proprium commodum. (6. generaliter, ut dationem involvat 43. a 312. Facta quæ sunt objectum contractuum, debent esse (1. possibilia naturâ (2 non prohibita jure, sive honesta & licita 44. 313. In strictiore acceptione itidem facta non unô modô sumuntur: vel enim (1. sunt facta nuda & simplicia (2. vel non nuda in præstatione alicujus rei occupata (3. Liberale (4. Iterabile (5. momentaneum (6. simplex & nudum, quod dividitur in affirmativum & negativum, & comprehendit vocabulum facere & abstinere (7. ut personæ cohæreant (8. operis faciendi obligatio, alia operarum & inter hæc multum interest. 44. a 313. seq. Doctoribus dicitur factum prægnans, ubi subest res: nudum & simplex, ubi nulla subest res. II. Obligatio faciendi nuda & simplex venit vel ex lege, vel ex jurisdictione territoriali fluit. 44. a 313. Factum, quod impleri nequit, si id stipulationi inserunt contrahentes, videntur nugari velle 44. b 3 4. Facta sunt illicita vel jure naturæ vel civili. 44. 313. possibilia & licita, alia publicum, alia privatum respiciunt statum. 45. 316. His in alicujus favorem introductis, quilibet renuncia e, vel de illis aliter pacisci potest. 45. ibid. Facta, quæ in conventionem deducuntur, debent esse propria & certa. 45. a 317. Factum proprium impugnare an liceat? 46. b 318. Regula ad factum præcisè adimplendum nemo cogi potest. 46. b 318. Facta sunt individua 46. g 319. Factum & facere dupliciter accipiuntur XVI. 38. g 1025. Nuda facta non veniunt in compensationem XXI. 22. g 1387. Uti compensatio factorum cum factis non admittitur, ita nec facta pro factis solvi possunt. ibid. Non licet per interpositam personam facere, quod ipse ex se facere prohibetur, XXIII. 4. z 1497. Factum, quod ab ægroto expediri debet, quandoque pro impleto habetur. 22. b 1708. Facta quæ locantur, vel sunt simplicia, vel singulari operâ expediuntur; eaque aut in mercenaria, aut non mercenaria opera, sive vulgari sive digniori consistunt. XXIV. 4. (2. & d z th. 1664. seq.

Facta humana amplissimæ considerationis sunt, & in omnibus ignorantiæ circumstantia considerari potest. XXVIII. 50. g 294. Facta Principum &c. æquiparari casibus fortuitis, quidve circa ea Juris in Evictionibus XXVII. 30. 106. z tot.

## Falcidia.

Falcidia lex unde nomen habet. XXXVI. 1. pag. 936. Quænam ejus sint capita. ibid. b. quid cavatur? ibid. in quibus obtineat? 2. pag. 937. Ejus Synonyma, ibid. a Competit quartæ hujus deductio soli hæredi, ejusve successori, non legatario aut fideicommissario. 3. pag. 937. a b. quibus casibus falcidia non possit detrahi? 6. pag. 941. Cessat in rebus uxoris. 6. pag. 942. k in rebus indivisibilibus ibid. mutuis legatis. z. in Legatis ad pias causas. ibid. Si dubitetur, utrum falcidiæ locum habitura sit nec ne, quando subveniatur hæredibus legatariorum Cautione? 7. pag. 943. b.

In donationibus mortis causa J. C. locum habet. XL. 24. pag. 69. Secus de jure Saxon. ibid. Potest Testator vel Donatarius detractionem Fallidiæ prohibere & quidem expressè ibid. e.

## Fallere, Fallacia.

Non rectè infertur, fallere alterum licere de jure civili, quod pacta nuda non pariant obligationem civilem. VI. 14. 281. Fallacia, calliditas & machinatio non sunt synonyma VIII. 24. b 443. Fallacia in dicendo falsum, & verum in tacendo, dolum continet. 24. g ibid.

## Falliti.

Ad virum depinguntur, additis rationibus, cur & quinam non gaudeant Beneficio Cessionis, sed potius aliis remediis graventur. XLIV. 28. z. pag. 232.

## Falsi crimen, *vide Crimen falsi.*

## Fama.

Famæ integræ, **unbescholten**/ VII. 17. g 366. Crudelis dicitur, qui famam suam negligit. 19 b 1. 368. Per famam, quæ ab hominibus gravibus & causis rationabilibus originem sumsit, probatur mors. X 66. a (5 65 7. Per famam probatur dominium XI. 14. z IV. (1. 683. Fama publica & antiqua probat fines. XIV. 55. m XIII. pag. 896.

## Familia.

Familia & personas & res complectitur insignificatu proprio, impropriè verò sæpiùs de alterutro prædicatur. III. 25. a 110. Quomodo generaliter vel specialiter distributivè, complexivè, latè & strictè. ibid. Propriam familiam constituentes personæ quæ? 28. a p. 112. Jus familiæ præessendi quibus competat? 35. 113. Familiæ Rex pater est. ibid. Familiæ jura inter quos obtineantur 42. 116. Familia domini privilegiis & foro fruitur IX. 30. d 549. Jus familiæ præessendi quibus competat? XI. 3. & b 1666. seq. Rustica & urbana familia non loco, sed genere distinguuntur XIII. 5. a 797. Instrumenta ad familiæ dignitatem & honorem pertinentia apud filium ætate majorem, & ipso mortuo, apud ejus filium custodienda consuetudine receptum XV. 28. o 908.



Source : BIU Cujas

Familiarum dignitas apud Romanos adeo ſpectata, ut dignior indigniori nubere non poſſint, quidve id obſervare Reip. interſit XXIX 28. z p. 362. qui ſub una eademque familia ſint vel fuerunt, an & quando Teſtes in Correlatorum Teſtamentis, vel ubi alteruter hæres ſcriptus, eſſe poſſint nec ne XXXII. 13. g z p. 654. ſq.

Familia indefinitè heres ſcripta, quis potiſſimum ex ea admittendus XXXIII. 8. n. p. 737. (3.

Familiæ nomine in Fideicommiſſis quinam veniant. XXXVI. 18. a p. 949.

Vocabulum familiæ variis ſubjacet ambiguitatibus, v. XLIIX. 38. p. 819. a b.

## Familiæ erciſcundæ actio.

Hujus actionis definitio XV. 2. 903. Vox familiæ hic accipitur metonymicè 2. a 903. Hæc actio eſt (1. civilis (2. mixta (3. bonæ fidei (4. duplex (5. univerſalis 2. g ibid. Ut actio hæc locum habeat, requiritur (1. actorem & reum eſſe coheredes, (2. quod hereditas ſit communis (3. diviſio detrectetur (4. diſcedere ab hereditatis communione velint heredes 2. g 1. 903. Hanc diviſionem jus divinum approbat 2. g 11. ibid. Ejus fundamentum eſt jus hereditatis & hereditatis communio 3. 903. Refertur inter actiones mixtas 3. g 903. ſeq. Datur inter heredes, quibus directa competit actio, utilis verò fidei commiſſariis & bonorum poſſeſſoribus 4. 904. & 6. 905. Hac actione arrogatis quota debetur II. Ex quocunque jure, Provinciali & municipali III. Nihi intereſt ſive diverſa ſivè æqualis ratio ſit IV. An unus ex multis V. Datur coheredis coheredibus 4. g 904. Rectè ſuſcipitur inter pauciores ex pluribus 4. ibid. Hereditatem præſentes dividere poſſunt, jure abſentium minimè læſo II. Abſens ad diviſionem citari poteſt III. Pro abſente coheredi peti poteſt curator IV. Minores non poſſunt provocare majores ad diviſionem 4. d 904. Si actor negetnr, heres, quid ſtatuendum 5. & g 904. ſeq. Si judex videt reum protelandi cauſa negare ad diviſionem progredi debet II. Poteſt petitio hereditatis cum judicio familiæ erciſcundæ conjungi g 905. Non datur contra rem poſſidentes titulo ſingulari 6. & a 905. Vindicatur hâc actione pars ex communi hereditate ad nos pertinentes: Item præſtationes perſonales 7. ibid. Quæ res hereditariæ ad hanc actionem non pertineant? 8. 905. Et quæ pertineant? 9. 908. Modus dividendi â judice inſtitutus quisnam? 10. 909. Sine judice privatâ coheredum conventione quinam? 11. 910. Mos communis, etiam jure Saxonico Seniorem fratrem dividere, juniorem eligere 11. & d ibid. Quotnam annis præſcribatur actioni familiæ erciſcundæ? 14. 915. Rebus hereditatis diviſis huic actioni non eſt locus, niſi in certis caſibus XV. 15. & 16. 915.

## Famoſus libellus.

Quid XLIIX. 68. 874. d quo ſenſu famoſus dicatur. a. unde & cur Paſquilli g quomodo differat ab injuria 67. 878. quomodo ab injuria ſcripta. b an ut libellus ſit famoſus, nomen infamati ſit omiſſum, requiratur. ibid. g ſq. quid ſi Crimen verum objiciatur? d. 876. e an præter ſcripturam alio modo fieri queat, vid. ſupra 66. 9. p. 874. 68. a g p. 877. Qui nam hujus delicti pœnam incurrat a b c 69. 878. Quænam ſit pœna hujus libelli, quive effectus 70. a quænam requirantur, ut inteſtabilis fiat g an Jure Civ. ſit capitalis e 879. quænam hodie obtineat. f Contra quas Perſonas hodie mitior pœna 71. a e g contra Divulgatorem b 680. quid, ſi quis nomen ſuum vel alienum adjecerit g vel verum Crimen objecerit d plura. vid. c 680. ſeq. z 881. Infamati opinionem bonam non lædit 72. a præmium autorem indicanti datur b. 885. 16. d 883.

## Famulus.

Famuli noſtri tanquam liberi homines per conventionem mercedis tenentur dominis perfectum obſequium III. 31. a 113. Famulus ſeu ancilla habet retentionem in ædibus domini, donec ei de mercede ſatisfiat, ibid. Habent privilegium prælationis ratione mercedis. ibid. Damnum, quod ratione negotii per heredes exequendi famulus ſentit, Dominus de jure Saxonico præſtare tenetur, ibid Ægrotanti aut mortuo integra merces debetur ibid. Famuli hodierni licet operas nobis præſtent, proprium tamen retinent domicilium IX. 30. 548. Famuli privilegiatis perſonis inſervientes eorum Privilegiis fruuntur 30. d ib. Famuli noſtri temporis â dominis aufugientes, conduci prohibentur XV. 52. a IV. 936. Perdunt ſalarium & mercedem 52. a VI. ibid. Ad intereſſe & damnum tenentur 52. a VII. 940. Poſſunt conjici in carceres publicos 52. a VIII. ibid. Veſtibus privantur quas ipſis dominus ad uſum comparavit 52. a IX. ibid. Famulus ex domo, in quo furtum commiſſum, inſalutato domino diſcedens, an furtum feciſſe præſumatur 52. a XI. 940. Æquitatis & commiſerationis ratio exigit, ne famuli morbo aliavè juſta cauſa impediti officium ſuum præſtare, in continenti ab iis, quibus inſerviunt, domo expellantur: ſi verò diutius ſuas non exhibeant operas, integram mercedem petere nequeunt XXIV. 22. 1708.

Eorum Teſtimonia regulariter ſuſpecta ſunt. XXVIII. 39. 5. p. 261.

## Fatalia.

Fatalia dicuntur tempora in materia appellationum, dies fatales V. 37. g 261. Lapſis fatalibus & neglecta prorogationis petitione ex juſto impedimento reſtitutio in integrum datur 27. a 260.

## Favor.

Favor duplex: merus ſeu ſimplex, & relativus cum cauſa publica II. 27. b 77. Favorabilem judicem habere in jure ambiguo bonum 53. a 96. Ob favorem nimium, quô adverſarium perſequitur Judex, recuſari poteſt IX. 11. d 531. Ob favorem cauſæ ſummarium obtinuerunt proceſſum 66. r IV. 590. Quilibet favori pro ſe introducto renunciare poteſt XXI. 10. æ 1368. & VI. 45. & i 316. ſeqq. Leges ex favore manantes tantam recipiunt conditionem, ſcilicet ſi is uti velit. ib. Favor dotis, quæ non dedit cauſam matrimonio contrahendo non eſt omni exceptione major 11. a 1. 1374. Favore liber-

Source : BIU Cujas

libertatis multa contra juris rigorem sunt constituta 12. b. 1374. Consilium ad furtum faciendum datum, licet contrectatio facta non sit, coercere vel extraordinaria pœna puniendum est. XXII. 8. m III 1436.

## Fenestra.

Hanc quilibet invito vicino in suo pariete facere potest, quod secus in pariete communi XIII. 13. 803. Fenestras in aliena loca immittere, nec luminibus alterius officere conceditur 13. g III. 803. Nec aliter fenestras quis facere potest, quàm lege vel statuto præscripto modo 13. g IV. ibid.

## Fera, Feritas.

Feræ bestiæ inter res communes referuntur III. 75. in f. 139. Ex æquitate benigniores erga subditos, quorum segetes à feris depastæ superiores esse debent XIV. 2. 852. An feras majores prata & agros depopulantes interficere liceat? 2. g. 853 An prohibentes venationem teneantur ad emendationem damni per multitudinem ferarum dati, ibid. Circa damna à feris data distinguendum est 5. 857. Feræ bestiæ quæ? 5. a ibid. Ferarum bestiarum duæ sunt species, legibus nostris singulariter invisæ 5. d & z 858. Mansueta animalia quot modis feritatem assumant? 6. 858. Præjudicium ubi animal culpa simul tertii & vitio proprio nocuerit, notatur 6. a ibid. Quid jure civili & Saxonico hoc casu cautum? 6. b 1. ibid. Si animal noceat culpa domini & vitio proprio concurrit actio L. Aquil. & quadrupodaria. 6. b II pag. 859. Si culpa quis sibi ipsi damnum conciliat. 6. 7. ibid. Dominus feræ bestiæ à judice vel Magistratu admonitus ut à se dimittat, puniendus est, si damnum fecerit. 16. & d 1. 864.

Fera animalia sunt triplicia, inde distinguuntur in Venationem, Piscationem & Aucupationem XLI. 7. b p. 94. sunt animalia prorsus fera, mansuefieri tamen possunt. XLI. 8. p. 94. in certis locis inclusæ habentur pro occupatis 9. p. 95. 2 imo pro immobilibus, qui talem furatur, suspendi potest. ibid. an fera bestia, quæ ita vulnerata sit, ut capi possit, statim nostra esse intelligatur? 9. p. 94. sq. Ferarum furtum quid sit XLIIX 25. p. 96. circa quas res committatur, vid. late p. 796--800.

## Feriæ.

Hæ excusant à sistendi necessitate. V. 33. 255. Sumuntur vel strictè pro diebus festis ad cultum divinum destinatis, vel latè, ut etiam comprehendant humanas, harum descriptio. ibid. Feriæ, unde dictæ? 33. a 255. Distinctio feriarum in divinas & humanas, & subdistinctio divinarum in ordinarias & extraordinarias, quo spectant & repentinæ 34. & a b 256. Messium & vindemiarum ad humanas referuntur. 34. b pag. 256. Messium feriæ juxta ordinationem Cameralem à die 10. Julii ad diem 14. Augusti inclusivè durant. ibid. In Provinciis, ubi nullæ colliguntur uvæ observatur, quid consuetudine sit receptum 34. g pag. 256. Causæ, quæ hisce messium & vindemiarum diebus, ob illarum favorem & necessitatem licitè & validè fiant, recensentur. ibid. pag. 257. Ad festa tam mobilia quàm immobilia referuntur dies solis seu Dominicus, septem dies dominicæ passionis, resurrectionis & ascensionis Christi, omniaque in honorem & cultum institura. 34. g pag. 257. In divinis ordinariis & extraordinariis actus judiciarius expeditus est ipso jure nullus. 35. pag. 237. Transactiones in ordinariis non simpliciter possunt fieri. ibid. Qui actus judici die festo liciti sunt. 35. a pag. 257. Num præceptum de sabbato sanctificando sit morale, an ceremoniale? 4. d pag. 227. Num die dominico aliisque feriatis diebus possit quis literis operam navare, & in jure studere ibid. In feriis, messium & vindemiarum quomodo procedere liceat? 35. g pag. 258. Feriæ dividuntur in ordinarios seu solennes, & extraordinarias, in integras & semiferias sive intercisas: in simpliciter tales & secundùm quid, in generales, qui etiam Imperiales dicuntur, & locales seu Provinciales. 35. d pag. 258. Feriarum institutio est Majestatis. 36. & a pag. 257. Imperator & Status Imperii condunt in Imperio ferias. 36. a pag. 258. An judex ferias eò modo, quo ipse servat, attendere debeat? 36. & d pag. 258. Feriæ cambiorum nundinæ dicuntur, seu mercatus majores, ubi cambia notabilibus summis contrahuntur XXV. 40. a IV. pag. 1749. Differunt feriæ cambiorum à platearis, multis modis. ibid. In hisce feriis tempus semper est certum, vocaturque septimana solutionis, die Zahl-Woche/ In plateis verò ad placidum contrahentium mutatur, vel est definita consuetudine vel statuto, & vocatur Uso seu Usus 44. d. pag. 1756.

Termino ad probandum dato sub Clausula: exclusis Feriis &c. quænam feriæ intelligendæ XXVIII. 12. p. 179. l. (3.

## Ferrum.

Ferrum prohibetur vendi barbaris sive exteris. XXIII 27. circ. fin. pag. 1532.

## Ferruminatio.

Quid? XLI. 40. a 115. sqq.

## Feudum.

An in Feudo succedat adoptivus? Quæ res in feudum dari possunt. 81. a XIII 147. In feudum dari possunt servitutes, tam rusticæ quàm urbanæ. 86. g. 151. In causa feudi dominus feudi judex esse potest. IV. 56. a 195. Feudo obligari & alienari possunt, ut Advocatus salarium consequatur. VII. 11. g 357. Feuda singulari foro tractantur IX. 58. 572. Privilegium contra curiam Feudalem nihil valet. 58. a 573. Dominus feudi, adhibitis nonnunquam paribus curiæ, regulariter judex est. ibid. In causis feudalibus si Vasallus sit persona miserabilis, an locum habeat privilegium l. un. C. Quando Imp. inter pup. & vid. 59. b III. 577. In causis feudalibus reconventio non habet locum. 68. c XXVII. 593. Feudum hereditarium à patre, si nulla

alia

Source : BIU Cujas

alia bona habeat, in præjudicium liberorum, alii donare, vel alio modo concedere non potest, quo minus hi legitimam repetere queant X. 34. a IX. 635. Feuda in Germania ut plurimum veniunt ab Imperatore & derivantur in Electores, Principes, &c. hi itidem concedunt Comitibus; Nobilibus. X. 55. T. 711. In Feudis Regalibus & Ducatibus in perpetuo divisio testamento non potest prohiberi. XV. 11. æ 911. Feuda dividi possunt sine consensu Domini 21. b 520. Non solum consensu omnium, sed etiam unius provocatione I^i. ut & Feudum pacto & pecunia patris quæsitum, quod ad omnes heredes transmitti non possit III. An si domini ob divisionem mutantur renovatione Investituræ opus sit: Idem in fratribus IV. Feuda Regalia consensu Domini dividi possunt: ut & dignitates quoad fructus & usum. V. Electoratus divisioni non subjacent. VI. Licet cætera feuda Regalia in Germania & Italia ex consuetudine, licet non universali dividantur. 21. b 921. Ex moribus & consuetudinibus feudalibus proximus agnatus feudum alienatum revocare potest, quod etiam moribus Saxonicis simultaneo investitu facere licet. XVIII. 58. b 1205. Feudi revocatoria actio ex moribus est. 58. g ibid. Feudalia bona filio familias obvenientia loco castrensium vel quasi castrensium habenda XX. 61. g 1344. Feudum quoad substantiam non venit in societatem, sed ejus fructus & commoditates communicantur. XXII. 26 & b 146 .2. Dominus feudi juri feudali uti domino emphyteuseos jus retractus competit. XXIII. 51. a i 1558. Cessat retractus, quando res immobilis datur in feudum 612. th III. 1576 Feudum locari potest, si locatio non sit fraudulenta XXIV. 4. VI. 1666. Feudum an ad contractum nominatum vel innominatum sit deferendum? XXV. 49. a pag. 1767.

Oppignorari an possit à Vasallo. XXVI. 5. 6. p. 4. an fructus & commoditates feudi 17 ℔. p. 32. Si obligatio feudi consensu Domini facta est Creditoribus, & feudum recidat ad Dominum, an sine consensu Domini cedi queat. XLVII. 365. (7. 638. an in feudis tacitæ hypothecæ locus sit? XXVI. 15. ℔. p. 24. Feudum an sponsa marito in dotem dare possit? & an Pater filiæ? XXX. 6. p. 428. æ (3. 4. Quid in feudalibus ratione Tutorum dandorum Juris XXXI. 25. b p. 1528. Quid de feudalibus cessione bonorum facta Creditoribus cedi queat. XLIV. 30. a g d p. 234. Feudi revocatoria actio quid differat ab actione Pauliana, ibid. 174. z. p. 295.

## Fictio.

Fictiones duæ simul concurrentes de jure regulariter non admittuntur. XI. 8. g 673. Pater ab hostibus captus & reversus actione juris semper in civitate fuisse, liberos in potestate. & usum fructum tempore captivitatis retinuisse censetur. XII. 32. a VI. 767. Per fictionem juris in compensatione tollitur obligatio XXI. 13. æ pag. 1377.

## Fictio Juris.

Quid XXVIII. 20. p. 192. Fictio unde dicatur, ibid. a p. 193. ejus vocis varia significatio & synonyma, unde dicatur. a p. 193. Causa efficiens. b ibid. Quomodo differat à præsumptione. ibid. 4. p. 194. a fictione politica (5 ibid. a repræsentatione (6. ibid. a mendacio & falsitate (7. 8. homo non potest inducere fictionem, sed lex. ibid. d p. 159. Fictionis Divisiones 20. p. 192. 195. sq. th. non locum habet, ubi veritas opem ferre potest. ibid. Fictio non parit aliam fictionem, hinc fictio fictionis non datur ibid. in materia odiosa & stricta non admittitur. ibid.

## Fidei commissaria Epistola.

Quid XXXIV. 68. p. 850. Ejus sedes. ibid. a affinis quidem Codicillis, variis autem modis differt ab iisdem ibid. a.

## Fidei committere, Fidei commissum.

Utrum fidei commissarii de fidei commisso (dubio) inter se validè transigere possint VI. 57. g 334. Super fidei commisso familiæ quando testator simpliciter bona in familia remanere voluit, nec de ordine succedendi quicquam expressit, inter agnatos celebrata transactio subsistit. ibid. 335. Fidei commisso reciproca legitima non garvari potest. X. 30. æ VII. 629. Fidei commissum civitati relictum non admittit compensationem. XXI. 13. 1388.

Fideicommissoria res an in dotem dari possit. XXX. 3. p. 423. m (7. 8 6. d p. 427. Fideicommissarii universales an in Testamento fidei commissorio testes esse possint. XXXII. 13. θ. p. 658. 10. 11. An particulares. ibid. i. An in testamento nuncupativo. ibid. k m. n. p. 658. sq. An Fideicommissum universale in Testamento imperfecto Patris inter Liberos relinqui possit. XXXII 19. b (3. p. 764. an particulare. ibid. d e p. 675, quare ratione scripturæ vel Testium notanda, ut valeant. ibid. th. i k p. 676. Fideicommissum universale pure relictum, etiam non agnitum transmittitur ad hæredes. XXXIV. 21. a. p. 802.

An tacita hypotheca fideicommissariis particularibus competat pro consequendis fideicommissis. XXVI. 16. a p. 25. an ratione ejus præferatur reliquis Creditoribus. p. 26. (5. Eorum origo & progressus. XXXVI. 12. p. 945. Cur inventa sint b p. 945. Quinam Fideicommissum relinquere possint. 14. p. 946. Cuinam committatur. 15. p. 946. a. 21. b 953. cui non 16. p. 947. Quid si relinquitur certis personis cognatis proximioribus, vel in genere familiæ 17. ibid. admittantur ad fideicommissa familiæ quos Testator primum nominavit. 19. p. 949. An repræsentatione locus sit in fideicommisso familiæ 951. an in fideicommisso familiæ præferatur germanus Consanguineo? ibid. An hoc fideicommissum in infinitum extendatur. quænam res relinqui fideicommisso universali possint vel non 1. p. 935. a sq. quibus modis deferatur d. 21. 954.

quando

Source : BIU Cujas

quanno si nec V. Vel plane nemo testis intervenerit, fideicommissum subsistat 23. p. 954. d p. 956. Restitutio quotuplici modo fiat 27. 959. Quid si Fiduciarius ante restitutionem moriatur. ibid. 26. g An & quando in Fideicommisso universali quarta Trebell. deduci possit. ibid. 29. b pag. 960. Quænam in computationem quartæ Trebell. veniant. ibid. 31. p. 963. a Quæ non. ibid. b pag. 964. Quomodo eam retinere, vel datam recuperare queat 32. 965. Quibus casibus cessat Trebell. deductio 35. æ An & quando etiam fructus &c. hæreditatis restituendi. ibid. 34. d 967. An etiam pretia ex rebus reducta. ibid. e Quænam præstet restituere rogatus 35. b g 968. An hæc restitutio Testamento imperfecto debeatur 36. a Quis & cui caveat. ibid. 5. 1. a pag. 976. An una sufficiat, quando plures cautiones requirantur 52. Quibus casibus cesset cautio 53. Si non caverit Fiduciarius, Fijussor in possessionem mittitur 54. pag. 977. Quid si plures legatarii missionem petant 56. Quænam jura talis immissus consequatur 57. l p. 978.

Fideicommissa universalia & Legata partis hereditatis quomodo differant XXXV. 13. g pag. 866. Fideicommissum particulare quid. ibid. 5. a pag. 880. An & quatenus Legatis sint exæquata. ibid. 26. a Quibus modis relinqui soleant 27. b In dubio pro Fideicommisso pronunciandum est. ibid. 88. æ p. 917

Fideicommissi vocabulum varie sumitur XXXVI. 11. b pag. 944.

Verbis præcariis relinquitur libertas fideicommissa s. fideicommissaria XL. 45. pag. 77. a An servo per F. C. libertas dari possit 46. p. 77. a

## Fidejussor.

Fidejussores idoneos si Magistratus non dederit, excussis eorum facultatibus in subsidium agi potest IV. 82. a 215. Contra fidejussorem datur receptio juris novi impetrandi â reo principali, non vero ipse incidit in Edictum Prætoris 83. l 221. Pro necessariis personis qualiscunque fidejussor est accipiendus, & in recusationem datur pœna 50. aureorum V. 16. 241. Fidejussorum distinctio ratione personarum, cum quibus agitur, quæ vel sunt necessariæ, & tunc sufficit fidejussor etiam non locuples, vel extraneæ, & dandi sunt idonei, qui æstimantur vel facultatibus, vel facilitate conveniendi 23. & b pag. 244. Fidejussor datus si postea facultatibus labatur, pro inidoneo habetur, & alius dandus est 23. b ibid. Fidejussor de jure novo ob beneficium excussionis secundario etiam personale rei principalis pactum prodest VI. 48. 321. Fidejussori per consequentiam prodest pactum debitoris 49. 321. Num fidejussores & pignora guarantæ accedere debeant 32. g 254. Si pactum de non petendo inter debitorem & creditorem sit initum, postea verò in contrarium paciscatur debitor, de petendo, an hoc posterius pactum Præjudicet fidejussori 49. d 322. Pactum fidejussoris non prodest reo, nisi expressè aliud convenerit 50. & b 322. seq. Si quis in rem suam fidejussit, pactum prodest reo principali 50. b 323. Residuum quod creditor debitori per transactionem remisit, â fide jussore non potest creditor petere, licet expresse sibi reservasset 55. k pag. 332. Exceptio quod metus causa etiam fidejussori prodest. VIII. 15. & a pag. 435. Magna difficultas inveniendi fidejussores relevatâ cautione fidejussoria XII. 65. d 11. 790. Fidejussor confidejussores habens gaudet beneficio divisionis XIIX. 39. d 1182. Fidejussor perinde ut principalis tenetur actione de eo, quod certo loco; sed propter debitoris principalis moram non oportet obligationem fidejussoris angeri, scilicet ratione interesse 73. & g 1212. Ita nec interesse est in obligatione licet, fidejussor post moram â debitore factam, cum creditor arbitraria vellet agere, acceptus sit nomine istius actionis, ut scilicet agere desistat 75. 1213. Fidejussio & constitutum conveniunt & differunt 75. IX. 1216. Fidejussor intercedens pro muliere gaudet beneficio SCti Vellejani XXI. 4. & e 1. 1358. seq. Et si insciâ muliere solverit conductione indebiti solutum repetere potest. ibid. Differentia inter SCtum Vellejanum & Macedonianum notatur in fidejussore 4. e 111. 1359. Fidejussor debitum principalis in compensationem deducere potest etiam hac tacente & invito. At si creditor fidejussori vicissim aliquid debeat, reus principalis compensatione uti nequit XXI. 25. 1391. seq. Fidejussor ab eo, pro quo fidejussit, ob aliquod debitum conventus, compensationem ei objicere non potest, antequam ex causa fidejussionis pro eo solverit 25. & g d 1392. seq. Si fide jubens rogatus pro alio interveniat, ejusque negotium gerat, datur etiam fidejussori actio contraria mandati contra principalem debitorem, ad repetendum id, quod solvit, ut & propter damna & interesse, vel etiam aliquando ut liberetur ab interesse 13. pag. 1444. Regulæ antequam creditori satisfecerit fidejussor adversus debitorem principalem non habet actionem mandati, vel negotiorum, limitationes notantur 13. g ibid. Quando fidejussor legitimam causam agendi habet, & si multa rei principalis fuerit culpa. II. Non dantur prædictæ actiones mandati vel negotiorum gestorum, quantumvis solutione perfecta. 13. g 1446. Fidejussor etiam præstat usuras precii tardius soluti, XXIII. 105. d VII. 1646. Post conventionem de fide habenda intra terminum datum non peti possunt fidejussores 108. b XXI. p. 1653.

Fidejussionis onus in jure non grave tantum, sed & contumelioſum habetur XXX. 7. p. 433. e

Fidejussores in quem finem dati XXVII. 27. pag. 99. a Quatenus evictio contra eos locum habeat vel non. ibid. 27. Iis omni jure regressum contra principales debitores concessum esse. ibid. 100. d

An & quatenus evictione teneantur XXVII. 27. g 98. Et an dato casu ipsi evincere rem, pro qua fidejussere, possint. ibid. 99. g An non ejus hæredes. ibid. sq.

Fidejussor extraneus in evictione non admittitur. ibid. 35. d 12. p. 110.

Fidejussor an & quatenus ex principalis mora teneatur. ib. 70. p. 164. a

Fidejussores tutoris an & quatenus teneantur XXXI. 78. a pag. 595. An gaudeant beneficio divisionis. ibid. 79. a An beneficio ordinis ibid. b g p. 596.



Source : BIU Cujas

Fidejussores quando admittantur vel rejiciantur XXVII. 49. pag. 3. Dandi sunt ob præsentem litem, non ad omnes casus futuros. ibid. 35. d pag. 110. Obligati manent, donec res evincatur, etiam si post longum intervallum, accidat evictio. ibid. d Extraneus fidejussor non admittitur ad satisdationem, etiam si exceptioni fori declinatoriæ renunciet. ibid. Satisdatione præstita emtor pretium solvere tenetur, nisi certum, evidens & notorium sit jus evincentis. ibid. Fidejussor à debitore potest repetere actione mandati usurarum cum sorte exolutarum usuras 51. e pag. 128. Ita ut eas una cum sorte principali in Concursu Creditorum, etiamsi illis de sorte nondum satisfactum sit, repetere possit. Alia est ratio, si fidejussor contra confidejussorem agat, ubi solam sortem cum usuris solutis, detracta Confidejussori sua quota, consequitur. ibid. 2. 51.

Fidejussio præsupponit præexistentem obligationem principalem XLVII. 35. 38. a 588. a 582. Cur introducta 36. b pag. 545. Si literis cognitæ, unde orta nomina hæc g Quid differat ab expromissore d 583. Quid à mandatore, e

Fidejussio quid 136. pag. 584. a Per stipulationem apponi solet. Ex nudo pacto adjecta nihil operatur, quid, si dubitatur, an stipulatio intervenerit g Est vel Civilis vel Criminalis d

Fidejussor quid? ibid. 36. Quid, si debitori succedat e.

Quænam Personæ fidejubere possint, vel non? 37. p. 585. sqq.

Fides interponitur pro quolibet debitore vel obligato 38. a 588. Etiam prodigo. ibid. Cui obligationi rectè accedat, vel non 39. Pro dote restituenda tutorem dare teneatur, & an possit. ibid. e 509. sq. An Fidejussor plus obligari possit quàm est in principali causa 40. pag. 595. An non plus promittens ad minimum in concurrentem obligetur summam g 596. sqq. De beneficio excussionis ei competente. *vid. Excussio.*

An & quatenus si plures sint, singuli in solidum teneantur? 44. 606. a *vid. Beneficium Divisionis.* Possunt Fidejussores solutionem denegare, nisi ut cessæ sint actiones debitorem principalem competentes, quod vocatur Beneficium cedend. act. 45. 609. Quid sit, a Ejus effectus g d 610. z æ 611. th. An Fidejussor qui actiones adversus debitorem vel confidejussores suo facto e. gr. acceptilatione perdidit, ab hoc Beneficio repelli possit 45. 1. 611. An si fidejussor, qui in solut one non caverit de actione cedendi post solutum factum hoc beneficium petere possit k 611. sq. Quid, si huic Beneficio renunciaverit n 613. ubi, quibus casibus cesset.

Licet actiones non sint cessæ, competit iis contra debitorem, pro quo præsente fidejussit actio mandati contraria 46. 613. An hæ actiones competant etiam ante solutionem g 614. Darur etiam ei remedium 28. pag. 614-616. e Quando Fidejussoris obligatio cessset 47. 616. An Fidejussor liberetur, si bona debitoris ad Fiscum devolventur XLVII. 85. e 687. An Fidejussor in stipul. judicatum solvi, liberatur appellatione interposita, ibid. 109. z pag. 705. sq. Ubi plura huc facientia.

## Fides.

Fides si naturalis rationis esse dicitur, Magistratus ejus curam habet VI. 14. b pag. 282. Fides & simplicitas Romanorum in loquendo & omni officio passim laudatur 31. th. 295. Hæc hostibus, prædonibus ac pyratis. est servanda 45. & e 316. seq. & XVII. 77. b 1141. Est servanda jurium sicut juramentum, alias perjurium comm ttitur VI. 45. z 317. Fidem fallere grave est gravibus, gravissimis verò & exemplar bus viris est gravissimum. ibid. Fidem frangenti fides non est servanda 65. d 343. Gravius crimen fidem fallere ei, qui fidem amici in contrahendo secutus est, quam in simplici hærere dolo. VII. 8. æ 368. Fidem habere quomodo dicatur XXIII. 108. b XVII. 1651. Qui fide hab tâ vendere possunt, & fides facta operetur, vel non habita censeatur, notatur multis numeris. ibid. Etiamsi fides habita, non tamen transfertur dom nium rei venditæ, si expressè venditori fuerit reservatum, donec precium solveretur 108. b XVII. 1652. Fides habita probatur, si terminus solutionis fuerit præfixus 108. b XX. 1653. Effectus fidei habitæ, quis 108. b XXV. ibid.

## Bona Fides, Mala Fides.

Bonæ fidei appellatio in jure frequenter contractibus accommodatur VI. 31. th. 295. Ejus descript o. ibid. Bonæ fidei possessor lite contestatâ incipit esse in mala fide IX. 70. th. XIV. 598. Mala fides quô tempore incipiat, non convenit inter JCtos XI. 19. b 688.

## Fiducia.

Antiquo Jure Romano quid, quidve pignus fiduciam XXVI. 23. a pag. 41.

## Fiduciaria possessio.

Quid XXVI. 11. b pag. 10. *vid. Dec. primum.*

## Fiduciariæ Tutelæ.

Species vid. XXXI. 24. d. 527.

## Figura.

Quid Doctores per varias causarum figuras intelligant? VII. 11. d 294. Diversa figura rei per dissolutionem facta tollit usum fructum XII. 35. a 768. An ex variis causarum figuris nascatur condictio furtiva? XIIX. 50. a 1193.

## Filia.

Filiæ dominæ salutantur III. 29. a 112. Filiam in adulterio deprehensam quomodo patri impunè liceat occidere?



Source : BIU Cujas

39. g 115. Filia de jure Saxonico per nuptias liberatur â patria potestate, licet ea ædibus mensaque patris adhuc fruatur 68. & b 131. Filia clarissimo patre orta clarissima dicitur tam diu innupta IV. 6. d 157. Filia, quæ dote accepta hereditati paternæ renunciavit, propter enormem læsionem rescindere potest VIII. 54. e 166. Filiæ succedunt in emphyteusi, si pro se & filis pater acceperit XI. 65. X. 716. Pater filiæ, quæ in ejus domo operas præstat ancillares, in compensationem usumfructum rerum adventitiarum relinquere non tetur XII. 5. d IV. 718. Filia â patre prostituta coram Episcopo agere potest, ut â patria potestate liberetur XV. 50. z 938.

Filia & Filiusfamilias quomodo in Consensu matrimonialia dando, vel à Parentibus requirendo Jure Civ. notanter differant, vid. XXIX. 23. e pag. 337. sq. Item quando Pater eorum alterutrum ad Matrimonium cum certa persona cogit, an in eundem agere possit vel non. ibid. 24. pag. 340. Filia dotata an à Parentibus alenda XXX. 74. pag. 492.

## Filiatio.

Pro ea probanda vel neganda quænam remedia competant XXX. 61. p pag. 490. Quomodo pater eam negare queat. ibid. (1. quidve interim de partu statuendum (4. 5. An similitudo patris eam probet. ibid. (2. quomodo testes occulati. (3. quomodo ritè probetur. ibid. 73. a p. 491. Quomodo affirmativè vel negativè probari possit. vid. XLVI. 68. 1. p. 487.

## Filius.

Filius quis? III. 34. 113. Filius sine adjecta voce familias est nomen sanguinis & naturale 34. a ib. Filium & patrem concernentia jura 39. g 115. seq. & 41. a b 116. An quis verè probare possit, se esse filium suorum parentum 43. a 117. Filios patris dignitas juvabat, sive ante sive post ejus adeptam dignitatem fuerint nati III. 3. a 99. & IV. 6. & d 157. Exempla filiorum, qui patrem vi eximerunt V. 19. b 242. Filii suffragium patri prodest, & contra Vll. 43. & æ 403. seq. An filius habet repetitionem sumtuum in patrem factorum 54. d 413. Filius quatenus sequatur originem matris, & quæ in specie porrò de ipso notanda XI. 17. & 1. e k 358. seqq. Jura ratione originis seu patriæ specialis in filium seu libertum transeuntia, in quibus consistant? 17. 538. Filii non sequuntur domicilium patris, si alibi nati fuerint 17. inf. 539. Filius matrem portione jure naturæ debita privare non potest X. 8. 608. Appellatione filiorum continentur nepotes XI. 65. k 717. Filius societatem iniens cum capitali inimico patris, non incurrit legitimam exhereditationis causam XXII. 20. a VII. 1453.

An filius, qui bona sua luxu perdidit, à patre alendus sit XXX. 76. g pag. 495. An filius & quando patris curator esse possit? XXXI. 91. b p. 610. Filiorum nomine, quando Posthumi, filiæ comprehendantur XXXI. 14. p. 521. g z k Res â patre donatas naturaliter tantum tenet s. possidet XLII. 7. p. 140. c

## Filius familias.

Filius senatoris gaudet patris dignitate, licet post patrem Senatu motum natus, modo ante conceptus III. 3. a 99. & IV. 6. d 157. Filii & filiæfamilias salutantur domini & dominæ III. 29. a 112. Quis dicatur? 34. 113. Vocis filii & filiifamilias consideratio? 34. a ibid. Distinctio. ib d. In quibus causis filiusfamilias loco patrisfamilias habeatur 38. b 114. Filiusfamilias castigationi paternæ non debet resistere 36. b 115. Quæ filiusfamilias contra vel sine consensu patris non potest suscipere 29. g 116. Filiusfamilias extraneæ personæ in adoptionem datus manet in potestate patris naturalis 62. a 126. Quasi senatoris filius quis intelligatur? IV. 7. & g 158. Filiusfamilias conventione suâ prodest patri Vl. 42. 311. Non potest iniri conventio civiliter efficax inter patremfamilias & filiumfamilias 42. ibid. Filiusfamilias ex omni casu obligatur 42. & a 311. seq. & XX. 47. g 1325. Filiusfamilias potest esse Advocatus Vll. 4. d 349. Filiusfamilias respectu bonorum castrensium vel quasi Procuratorem dare potest 27. d 381. Potest esse arbiter Vlll. 99. a 496. Filiusfamilias quatenus actionibus in personam conveniatur, & sententiam contra ipsum feratur IX. 6. 522. Et quatenus in rem. ibid. In iis rebus, in quibus pater nihil juris habet, filius solus agendi potestatem habet 6. m 523. Limitatur 6. v o ibid. Ille potest de peculio castrensi & quasi invito etiam patre, & contra ipsum patrem agere 6. & i 522. seq. Inter patrem & filiumfamilias lis nulla esse potest 6. & p pag. 521. seq. Quamdiu filiusfamilias apud patrem est, sortitur domicilium patris, & si fuerit pubes, ipse sibi domicilium constituere potest 29. & a 548. Fili familias certa ratione vindicari dicuntur XI. 3. 666. Filiusfamilias usumfructum sibi concessum acquirit patri Xll. 7. & g 742. Ejusque emancipatione morte naturali quàm civili in persona patris stabilis perdurat ususfructus, quod singulare est 33. & e 11. 765. seq. Filiusfamilias perinde ut libera persona convenitur actione exercitoria XXIII. & b 1287. Filiusfamilias, si non est in solidum heres patris, in id tantum, quod facere potest, convenitur 48. & b 1287. Licet in quibusdam casibus in solidum teneatur scil. (1. si cum contraheret, dixisset, se esse patremfamilias (2. in delictis 49. & a b 1325. Filiusfamilias, quando adversus eum agitur, quæ patri ipsius debentur, compensat, modò caveat patrem suum ratum habiturum XXI. 25. 1392. Filius emancipatus verò, qui pro patre solvere non tenetur, nec alterius debitum compensando opponi potest. ibid. *vide Compensatio.*

Si filiofamilias hereditas cum substitutione relicta, illeque non adeat, neque ejus Pater, an substitutus, an filii pater illam hereditatem consequatur? XXXIII. 14. pag. 744. b

## Findel-Kinder.

An liberi expositi, die Findel-Kinder/ levis notæ macula laborent Vll. 20. z 370. An sint personæ turpes, & illegitimè nati? X. 18. g 619. Infantes



Source : BIU Cujas

exposititios funerare tenentur, qui alimenta præstant. XV. 87. d VII. pag. 977.

## Fines.

Finium varia vocatio XIV. 49. a 886. Differunt â limitibus, confinibus & terminis. 49. a I. 887. Veteres fines determinarunt in Orientales, Occidentales, Meridionales & Septentrionales. 49. a II. ibid. Fines alii sunt naturales, ut mare, flumina, montes, valles: vel Industriales seu artificiales, ut lapides, columnæ, fossæ, aggeres. 49. a III. ib. Alii publici seu principales, alii privati, vel majores & minores, Land- und Marck-Gräntzen / 49. a IV. ib. Alii sunt Ecclesiastici, ut diœceses, villæ: alii seculares 49. a V. 888. Alii antiqui, alii novi 49. a VI. ib. Alii recti, alii transversi 49. a VII. ib. Alii maritimi, alii montani, fluviales, sylvatici, fossales 49. a VIII. & IX. 888. Fines duas partes seu extremitates constituunt, ut caput & pedem, intermedia latera vocantur. 49. a X. ib. Ab adjacentibus variè fines denominantur 49. a XI. ibid. Uterque confinium fines, quos prætendit, probare tenetur 54. 892. Probatio finium, quæ satis difficilis, quomodo fiat. 55. & a 892. seq. Inspectio finium ocularis vel fit â judice ipso, vel ejus nomine â Commissario vel arbitrio junctis agrimensoribus. 55. z 893. Practica Germaniæ in hoc casu quatuor numeris notatur. 55. z 894. Si fines ita confusi sint, ut judex eos ad pristinum statum redigere nequeat. 56. & e 897. Fines secundum Leges XII. Tabularum, quomodo distincti? 57. 897. Ad quæstionem finium dirimendam quotnam olim constituti fuerint arbitri, & quales hodiè? 59. & a 900. *vide Terminus.*

## Finis.

Finis omnis in se rationem boni habet I. 33. b 28. Quando finis ita habet necessariam consequentiam ad principium, tunc posito principio consequens non potest non poni. VIII. 52. th. 463.

## Fiscus.

Fisci patrimonium differt â rebus jure gentium publicis III. 78. 144. Differebat olim ab Ærario. 78. a 144. Fisci descriptio. 78. a ib. Jus fisci ad Regalia refertur. ib. Jure Romano soli Imperatori tribuitur. ib. In Imperio Romano-Germanico Principibus & Statibus, ut & Nobilibus immediatis jura fisci competunt. 78. a 144. & XXI. 23. b 1388. Fiscalibus causis in Provinciis præerat Procurator Cæsaris. IV. 35. 178. & IX. 58. g 573. In causis fiscalibus in Camera Imperiali sine præscitu Deputatorum non licet transigere. VI. 56. a 333. Fiscalis differt â Syndico VII. 40. b 399. Fiscus an solus pœnas pecuniarias & vindictam publicam in judicio criminali persequatur? IIX. 21. d 441. Fisco competit hypotheca in bonis Primipili. IX. 8. b 525. Causæ Fiscales tractantur singulari foro IX. 58. 572. Causæ Fiscales quæ? 58. g 573. Hodiè causæ fiscales ad Cameram per Procuratorem fisci consiliô & autoritate duorum Assessorum deferuntur & ventilantur. 58. g 573. Causæ fiscales summariè tractantur. 66. i V. 590. Servi fiscalis occultator quâ pœna teneatur XV. 49. æ VI. 937. Fiscus in certis casibus respuit compensationem XXI. 23. & a 1388. Quibus de Jure Saxonico jus fisci competebat? 23. b ib. Fiscus partis dominus rectè solidum vendit, & socius tenetur agere ad partem pretii. XXIII. 26. & V. 1528. seqq. Quod de venditione dictum, Dd. etiam ad oppignorationes extendunt. 26. V. 1531. An fiscus communem rem duorum privatorum, pro debito unius ex iisdem sui debitoris alienare possit? remissivè. ib. Fiscus in residuo ex metallis quod manet, reliquis emere volentibus, præfertur. 54. b (1. 1563. Fiscus vendens hæreditatem semper emtor privatus convenitur, aliud est in emtione rerum singularium, ubi fiscus respondere tenetur. 74. & g. 1594. In fiscum actiones litigiosas transferre prohibitum est. 77. a IX. 1597. Multa habet privilegia fiscus. ib. Num fiscus sponte oblatas actiones â creditore redimere atque suspicere possit? ib. An fiscus aliis deficientibus bonis debitoris sui actiones adversus eos, qui ipsi obligati sunt, in subsidium accipere possit 77. a IX. 1597. Fiscalia prædia seu res corporales & incorporales conducere possunt. XXIV. 4. b 1666. Et qui ejusmodi conducere prohibentur. ib. Fiscus in tributorum & collectarum exactione qualemcunque possessorem convenire potest 18. a III. pag. 1703.

Cur habeat Privilegium tacitæ hypothecæ XXVI. 14. a p. 17. Quando hoc privilegium cesset. ibid. b p. 22. Fiscus in jus privati succedens non potest in præjudicium Creditorum sibi autoris exercere proprium privilegium hypothecæ, sed utitur jure illius tantum, succedit. ibid. p. 29. Competit fisco jus tacitæ hypothecæ in bonis administratorum ratione gestæ administrationis. ibid. d p. 23. Aliis præfertur quoad tributa & collectas, ut & annonam publicam. 25. p. 41. a b 42. Quando fiscus vendit, non datur actio redhibitoria. XXVII. 4. a p. 70. Ejus vocabuli homonymia. L. 31. b 1209. Fiscus quomodo differat ab ærario, vel privato Principis Patrimonio. 32. b 1210. quando fisco acquiratur? 33. 1210. b 1211. Quinam hodie Jure Fiscali gaudeant, vel non. 33. g d 1211. Quatenus eorum Dominium Fisco acquiratur. 34. quid, si defunctus in diversis territoriis bona habeat, quænam & quales portiones Fisco comperant. 25. a notabiliora VI. Privilegia Fisco competentia recenset. 37. 1212. b Ubi Jus ejus prælationis tractat. 1213. g d Fisci jure quinam gaudeant. X. XVIII. 42. 1086. sqq.

## Flumen.

Flumina perennia referuntur inter publicas res. III. 76. 141. Flumina quædam sunt publica, quædam non, ut torrentes. 76. b 142. Usus publici fluminis consistit in navigatione, piscatione, molendinorum vel aliorum ædificiorum exstructione 76. e 114. Fluminis usus etiam in appulsu pecoris & aquatione consistit 79. z ibid. Flumina hodie inter Regalia numerantur. 79. a 145. Emolumenta fluminum quæ? & ad quem spectent. ib. De servitute fluminis avertendi & non avertendi XIII. 16. 806. Servitus fluminis â jure stillicidii in duobus differt. 16. b 806. Et ab hac servitute

Source : BIU Cujas

tute toto genere differt servitus fluminis sive jus ligna vehendi in flumine. ibid. 807.
Flumina publica hodie inter regalia referuntur. XL. 31. p. 110. g Unde dicatur. XLV. 81. p. 338. Quomodo sumatur. 81. 338. Quædam perennia sunt, quædam privata. 83. p. 339. An sub ejus nomine comprehendatur omnis rivus, torrens. ibid. b Interdicta ad flumina pertinentia, quidve olim circa illos propterea cautum sit. v. ibid. 80-97. p. 337-345. Aggeres fluminum jungentes quomodo olim puniebantur XLIIX. 86. a b 396. Quomodo hodie puniantur. g 897. An in flumine publico navigare liceat vid. Interdictum.

## Focaria.

Militum quid? & an iis donare possint. XXX. 24. p. 448. æ an tanquam milites testari possint. XXXIV. 4. k l. 9. p. 769. An quid ex militum Testamento capere possint. ibid. 8. b p. 795.

## Fodinæ.

Inter opifices conſuetudo irrationabilis, ut quod ab uno cæptum, ab alio perfici & abſolvi nequeat II. 20. d (3. 72. & XXIII. 67. & m 1588. Opificum ſtatuta ſine confirmatione Principis non valent 42. z 88. ſeq. Statuta opificum irrationabilia non obligant 43. a 90. *vid. Collegium*, Zunfft, ꝛc. Opifices, qui merces à ſe confectas diſtrahere ſolent, habent ſuos inſtitores, quibus circumferendæ dantur XX. 30. a 1312. Ne opifices omnes eſuriant & civitati noceatur ad certum numerum redigi poſſunt XXIII. 67. i 1587. Pacta opificum ne operæ locentur, aut perficantur ſub certa pœna, & ne quis minori pretio quàm alter vendat, non valent 67. 1583. & l. 1588. Statuta opificum, quæ ſunt in præjudicium tertii, non probantur, at illa, quæ ſunt in illorum præjudicium 67. m. VIII. 1588. Opifices ad operam cuicunque præſtandam pro certa mercede, cogere licet XXIV. 4. g IV. 1667. Si opifici juvenis traditus fuerit, ut per annos conſuetos artificio inſtrueretur: ſi aufugerit & reverſus fuerit, tempori totidem dies quot abfuit ſunt addendi 21. d IV. 1706.

## Opilio.

Opilionum liberi inter infames aut levi maculâ notatos non ſunt recenſendi VII. 21. & a 372.

## Opinio.

Opinionibus uſu peritorum ſenum & prudentum obtemperandum I. 6. a 13. Interpretationes veterum JCtorum ante Impp. fuerunt quaſi communes Dd. opiniones, à quibus docendo, conſulendo & judicando recedere licebat 63. p. 48. Communis opinio Dd. quæ? II. 51. d 95. Regulæ ſex exhibentur de opinionibus Dd. ibid. Diſſenſus Dd. in quæſtionibus vulgaribus & communibus opinionibus. ibid. Opinionum multiplicitas excuſat judicem, ne litem ſuam feciſſe dicatur 51. z 96. Communis opinio quando arripienda & amplectenda 51. æ 95. Opinione hominum nummus conſtat. XXIII. 15. d 1510.

## Oppignorare.

Subditum ſua bona immobilia magiſtratui creditori valide oppignorare poſſe VI. 72. e 206. Si magiſtratus vel Dominus jurisdictionis bona ſua immobilia Creditori obligat, ut valeat, quid obſervandum? ib. Senatus res civitatis coram ſe ipſo juſtè oppignorat 72. e 206. Emphyteuta ſine domini conſenſu bona emphyteutica de jure Communi oppignorare poteſt XI. 70. & b 717. Si dominus conſenſerit ſolum in oppignorationem juris emphyteuticarii, conſenſus cum jure emphyteutico commiſſo expirat, nec dominus ad ſolvenda debita obligatur, quod ſecus eſt, ſi in rei Emphyteuticæ oppignorationem conſenſerit 70. b III. 727. Si res conſenſu domini oppignorata creditoribus ſufficiat, poſtea verò decreſcat, dominus ultra vires rei conveniri non poteſt 70. b VI. pag. 727. Dominus in oppignorationem conſentiens non præſumitur renunciaſſe juri prælationis 70. b VIII. ibid. Res aliis oppignorata vendi poteſt XXIII. 26. 1528. Niſi pactum de non-alienando ſit adjectum 26. p. 1531. Ejus differentia ab alienatione, & cur maritus uxoris bona immobilia oppignorare prohibeatur XXX. 20. 444. e, z vid. Pignus.

## Optio, *vid. Electio.*

## Opus.

Quomodo a Græcis vocatur & quid XLIX. 2. a.

## Ordo.

Quo ordine Querela inofficioſi detur X. 19. & b 620. ſeq. & 24. 623. Succeſſorium Edictum locum habet in perſonis diverſis, non ejusdem ordinis 19. g. 621.

## Ordo Equeſtris.

Eſt immunis à vectigalibus XXXIX. 48. k p. 42.

## Ordo Teutonicus.

Eſt immunis à Vectigalibus XXXIX. 48. p. 42. k.

## Originale.

Originali potior eſt habenda fides quàm copiæ ſeu exemplo I. 68. 6. 58.

## Originarius.

Originarius in loco originis verſans rectè ibi conveniri poteſt IX. 17. th. 539. Quamvis olim originarius ſortitus ſit forum in loco originis, ſi ibi reperiatur, tamen hoc hodiè non obtinet 19. & g 541. Quatenus originarius à jurisdictione originis ſit exemtus 19. e fin. 541.

## Ornamenta.

Ornamenta muliebria, ut annuli, gemmæ, veſtes &c. ſi ex paterna vel materna ſubſtantia proceſſerint, in legitimam imputantur X. 35. b I. 636.

Ornamenta venditor relinquere tenetur, ſi res venditionis cauſa ornatæ fuerint. *XXVII.* 7. p. 74. 6. 8. e p. 76. Muliebria v. *XXXV.* 229. p. 606. ſq.

## Orphanotrophium.

Orphanotrophiis competunt privilegia Eccleſiarum ſeu Templorum III. 71. z 136.

## Oſculum.

Per hoc delibari virginitas puellæ videtur, an quæ dat impudica videatur, quidve ratione ſponſalitiæ largitatis retinendæ interſit, v. *XXX.* 32. d p. 457. (16.



Source : BIU Cujas

esse præparatoria rei venereæ, invitæ data an & qualem pænam mereantur *XLVIII.* 58. z 850. 886.

Ouis ferrea.

Quomodo oves ferreæ locentur *XXIV.* 14. ( i. & th. 1693. seq.

## P.

## Pactum.

EX pacto nudo cur Romani actionem non dederint? 58. i 42. Pactum sumitur generaliter, & sic comprehendit quoque contractus, vel specialiter, & sic opponitur illis VI. 2. 73. & 5. 275. Unde dicatur 2. a 274. Accipitur in generaliori significatu pro actu, positivè & negativè; strictè autem pro ea conventione, quæ nullum synallagma, nec civile nomen habet 2. b g 274. Pacti in genere accepti descriptio 3. a 274. Differt â pollicitatione & testamento 3. b. ib. Pactum & conventio an â pactione & conventione differat vel non? 5. a 275. Pacti in specie accepti descriptio 6. ib. Hoc distinguitur in nudum 6. 275. Ejus descriptio 13. & a 280. & non nudum; Ejus descriptio 18. 283. Quod vicissim duplex, Legitimum 6. 275. & 19. 284. Vel adjectum 21. & a b 286. Distinctio pactorum nudorum & non nudorum, seu vestitorum, quomodo hæ formulæ loquendi tolerari possint? 6. g 275. Sunt juri naturali incognita jure gentium secundariò inventa 7. b 276. Cur pacta jure civili diversas pariant effectus? 7. g ib. Pacta nuda naturalem solum, non civilem obligationem seu actionem jure civili pariunt 13. 280. Pactum nudum est vel obligatorium simpliciter & absolutè, vel secundum quid & certo respectu, vel liberatorium 13. a ibid. Ad pacta nuda firmanda introducta est stipulatio & literarum obligatio 10. & a pag. 277. seq. Pacta vim & naturam contractuum b. f. participant, secus jure civili 10. & 178. Defectus pacti nudi, quæ sint? 14. 281. Cur non nisi exceptio, non verò actio detur ex pacto nudo? 14. b 281. Effectus pacti nudi de jure civili quæ sint? 15. 282. Pactum nudum liberatorium non tollit civilem obligationem ipso jure, sed per exceptionem 16. 282. Pactum liberatorium ne tollitur per aliud pactum ipso jure, sed ope replicationis 16. & b ib. Ex pacto nudo de jure Canonico & moribus hodiernis competit actio 17. & a b 282. seq. Pactum differt â tractatu 17. b 283. Vestimentum, quô pacta vestiuntur, vel est intrinsecum sive naturale, quod fluit ex causa & nomine, vel extrinsecum & accidentale 18. a 283. seq. Pactum legitimum dicitur latè & strictè 19. a 284. An Contractus juris civilis sint pacta legitima? 19. b. ib. Pacta legitima vel sunt promissoria vel liberatoria 20. 284. Unde promissoria vim accipiant? ib. Ad hæc non rectè refertur pactum compromissorium, ibid. Ex pacto legitimo actio non datur, sed illa vel ex stipulatu est vel ex contractu innominato 20. æ 268. Pacta legitima liberatoria quæ? 20. th. ib. Pactum adjicitur contractibus vel in continenti, vel ex intervallo, utrôque modô adjicitur aut de substantialibus aut naturalibus contractuum 22. & a b 268. Pacta ista contractibus adjecta, sive sint b. f. sive stricti juris, vel aliquid detrahunt vel adjiciunt, priori modo melior redditur conditio rei actoris verò durior, posteriori modo fit contrarium 22. b ibid. Pactum circa substantialia contractuum adjectum aut omnino est iniquum ac contra jura & invalidum; aut juri non contrariatur pactum de essentialibus: & tunc est vel in continenti adjectum, quod fit tripliciter, vel ex intervallo, & tunc interest an res adhuc sit integra nec ne 25. & 26. 290. Pactum in continenti adjectum illustratur exemplis 26. a b d 291. Regula (1. Pactum de substantialibus augens vel minuens adjectum ex intervallo contractibus consensualibus re adhuc integra reformat ipsum contractum, & inducit novum ejusdem specie 26. e 291. (II. Pactum adjectum contractibus de substantialibus ex intervallo re non integra, ubi est minuens, prodest tantum reo ad excipiendum, ubi verò adjiciens, nec actori prodest, nec reo nocet. ibid. Ex pacto circa naturalia seu adminicula contractuum in continenti adjecto, datur ex illo contractu actio, cui adjicitur, & exceptio 27. 291. Regula. Pacta de naturalibus & conventiontbus in continenti interposita contractibus tum b. f. tum stricti juris insunt, tam ex parte actoris quàm rei, sive pacta sint augentia sive minuentia 27. g 291. Pactum ex intervallo circa naturalia adjectum retinet naturam nudi pacti & exceptionem parit, modò illud sit detrahens 27. 291. Regula. Ubi eadem pacta, ex intervallo contractibus adjiciuntur, locum duntaxat habent ex parte rei, non verò actoris ibid. An etiam pacta in continenti contractibus stricti juris adjectis iis ita insint, ut ipsum contractum & actionem inde venientem forment, prosintque actori? 28. 292 Pacta alia sunt expressa, alia tacita 34. 298. Pacta tacita sunt, in quibus consensus de negotio civili præsumitur, aut re ipsa, aut facto, aut lege ibid. Pactum de quota litis est prohibitum 44. & e pag. 313. seq. Ejus descriptio 44. e 314. Pactum circa futuram adhuc viventis successionem non valent, moribus autem valent pacta de hereditate acquirenda, conservanda 44. 313. Pacta successoria in jure sunt duplicia affirmativa & negativa: alias Dd. quatuor species constituunt, (1. successionis acquirendæ (2. confirmandæ (3. remittendæ & (4. obventuræ hereditatis 44. z 315. Quomodo pacta affirmativa super hereditate alicujus tertii superstiti dividenda & disponenda inire liceat 44. æ 315. Cur pacta affirmativa de hereditate fiant, nullius sint momenti 44. th. 315. Pacta affirmativa de hereditate conservanda ex quibus improbentur? 44. th. 3 6. Pacta successoria negativa invalida sunt 44. k 316. An de jure agnationis & filiationis liceat paciscì, v.g. ut non verè sit agnatus vel filius.

Source : BIU Cujas

filius. ibid. Pactorum in publica & privata divisio? 45. 316 Pacta publica, ratione materiæ & utilitatis, non personæ, dicuntur 45. b 317. Pactiones privatorum primariò & directò in negotiis privatis ob publicam utilitatem constitutum mutare nequeunt, secus in illis, quæ directo & proximè propter utilitatem privatorum & remotè ob utilitatem publicam facta 45. 316. & XVII. 23. & a 1075. Pactis privatorum utilis publica non mutatur VI. 45. th. 317. Directò soli paciscenti, non alteri cuidam extraneo & invito prosunt & nocent 47. 320. Horum divisio in personalia & realia, quorum illa ad solum paciscentem, non verò ejus heredes spectant, & per consequentiam singulari etiam successori prosunt 48. 320 seq. Personale & reale quid dicitur dupliciter 48. a & b 321. Pacta reliqua, quibus per consequentiam prosint, noceantque, & quibus non 49. seqq. 321. seqq. Regula, quod acta inter alios non agentibus haud præjudicent, habent suas limitationes, quæ exemplis illustrantur 49. b g d & e 321. Si pactum de non petendo inter debitorem & creditorem sit initum, postea verò in contrarium paciscatur debitor de petendo, an hoc posterius pactum præjudicet fidejussori 49. d 322. Pactum an in rem, an in personam sit, non tam ex verbis, quàm ex mente paciscentium est æstimandum 51. 326. Pactum in ipsa alienatione rei adjectum, ne accipiens rem illam alienet, validum est 51. a 326. Pactum ambiguum strictè est interpretandum 51. a ibid. Et contra eum, pro quo sunt contractui adjecta 51. e 327. Num pactum illud, quo debitor creditorem constringit, ut hic futuros heredes constringat in solidum, subsistat? XV. 8. æ 907. Pactum, ut perpetuo in communione stetur, neque res communes unquam dividantur, non valet II. æ 911 seq. & 27. b 926. Pactis informatur depositum II. Pactum valet, ut duobus deponentibus unus in solidum vel pro parte agat III. Valet ut depositarius periculum in se suscipiat, & de eo teneatur IV. Illicitum Pactum est, ut dolus non præstetur? XXI. 36. r 1407. Emtioni venditioni nonnunquam pacta adjiciuntur vel circa essentialia, vel circa naturalia XXIII. 24. & 25. 1525. seqq. Quoad essentialia, quando scil. vel (1. circa precium aut rem venditam specialius quædam pactis exprimuntur, vel (2. dominii, quod transfertur exercitium quodammodo restringitur, quo etiam referas den näher Kauff item Wiederkauff vel (3. convenitur, ut certis casibus emtio sub conditione resolvatur, quo spectat quoque der Reu-Kauff 24. pag. 1525. seq. Nullo pacto fieri potest, ut absque certo precio venditio celebretur II. Eâdem ratione non potest emtioni perfectæ adjici pactum de augendo vel minuendo precio 25. g. 1526. Pactum quo reservat sibi dominium venditor, insignem præse fert utilitatem II. Hæc reservatio non facit, ut periculum in re vendita contingens pertineat ad venditorem III. Cautè agit venditor, si vel ante, vel in ipso traditionis actu sibi hypothecam constitui curet 24. x pag. 1527 Quoad naturalia, si pacta adjiciantur in continenti insunt contractui, & prosunt ad agendum; si ex intervallo, & quidem si detrahunt aliquid emtioni, continentur contractui, ita nt reo exceptionem pariant, si vero aliquid adjiciant, nec reo sunt profcua 25. pag. 1527. Ratione cautionis, stipulationis simplæ vel duplæ ratione denunciatio in casu evictionis opus sit, pacto aliter caveri potest II. Simili modo per pactum potest venditor custodiæ periculum in se recipere III. Ut & ad omnem casum periculi se adstringere potest 25. b pag. 1528. Servanda est pactio de non â debitore alienanda re pignori obligata II. Ut & pactio conductoris, ne locator fundum vel ædes ante finitum tempus locationis conductionis alienet 28. a pag. 1539. Si contra pacta legitima prohibitus alienaverit pro diversitate contractuum, competit adversus eum actio 20. b. ibid. Pacta quædam nonnunquam adjiciuntur emtioni venditioni, quæ legibus sunt prohibita 68. & l 1583. seqq.

Pactum pignori vel hypothecæ appositum quale XXVI. 8. e p. 9.

## Pactum Antichreticum.

Hoc contractu pignoris quando adjiciatur? Quod est duplex, vel expressum, vel tacitum; & quid operetur? XIX. 52. & d e pag. 1270. Vocabuli significatio & acceptio 52. b pag. 1271. Ejus descriptio 52. g ibid. Jus Canonicum hoc negotium rejicit 52. g. 11. ibid. Sed passim sine scrupulo recepta. Ibid. Creditor re oppignorata utitur, sed non semper jure antichreseos IV. Differt â jure utendi cum pacto de retrovendendo V. Distinguitur quoque â jure utendi & fructus percipiendi pro usuris concessum V. Formaliter differt ab ipso pignore VI. Nemo hoc jus alteri concedere potest, nisi qui & oppignorandi & utendi potestatem habet VII. Agricolas Dd. excipiunt cum limitatione VIII. Antichresis per modum legati constitui potest IX. Alias constituitur inter vivos X. Res fructiferæ oppignoratæ in antichresin dari possunt XI. Ut & res incorporales 52. g pag. 1271. seq. Conventio est vel determinata, vel indeterminata, quæ rursus dupliciter 52. d pag. 1272. De tacita antichresi II. Hæc non impedit fructuum perceptionem III. Temporalis antichresis quæ? 52. e pag. 1273. De modo percipiendi in tacita & expressa? 52. z ibid. Excessus an in sortem imputandus? 52. æ pag. 1274. An ubertas unius anni cum sterilitate alterius compensari debeat 52. i ibid. Contractus antichreticus non censetur tacitè prorogatus in annum integrum, multò minus in plures? ibid. Quæ circa rationes reddendas ut & renunciationem & excessum notanda 52. k pag. 1274. seq. De cura rei antichreticæ, ut & impensis in eam factis; item oneribus & tributis ordinariis & extraordinariis solvendis 52. k 11. seqq. ibid. Creditor antichreticus immobilia possidens â cautione judiciaria non liberatur 52. k. XIV. pag. 1276. XV. Creditori ad usum omnia adminicula sunt concessa XVI. Creditor antichreticus percipiendo fructus suos

facit

Source : BIU Cujas

facit XVII. Potest alteri hanc facultatem commodando, vel locando concedere XVIII. Et pignori dare XIX. Quid, si eo tempore soluto debito, extinguatur locatio, & conductor sumtus fecerit in rem conductam? XIX. An jus antichreticum extinguatur, si creditor ex re fructus sortem æquantes perceperit? 52. k 1276. seq. Pactum ne res in antichresin data, donec creditor ea uti frui possit, distrahi debeat, non valet 53. b g VI. 1278.

Pactum antichreticum est licitum XXVI. 7. p. 5.

## Pactum Commissorium.

Hoc pactum, de quo agit Constantinus in l. fin. C. de pact. pig. est illicitum XIX. 53. & b 1277. Pactum hoc non potest vires accipere accedente juramento II. Jure Canonico juramentum adjectum est servandum III. Hoc pactum contractui pignoratitio adjectum non potest consuetudine approbari IV. Nec renunciatione interveniente sustineri potest V. Hæc lex ex intervallo pignori adjecta invalida est 53. b pag. 1277. seq. Illud verò pactum commissorium quo convenit, ut si ad certum diem non solvatur precium, res sit inemta, est licitum XXIII. 35. & g ubi formula exhibetur pag. 1544. Vocabulum legis quomodo sumatur 35. a ibid. Si sub hujusmodi pacto res venerit, purè quidem contracta est emtio, dominiumque translatum. sed tamen sub conditione resolvitur emtio ac ipso jure dominium, si pactum committatur, redit ad venditorem 36. 1544. Hinc datur huic non tantum actio ex vendito, sed etiam rei vindicatio, quamvis hæc non semper competat. ibid. Qua ratione detur actio personalis ex emto, & realis rei vindicatio circa pactum commissorium 36. z. 1545. Lex commissoria in pignore improbatur in emtione venditione vero permittitur, ubi etiam diversitatis ratio redditur 36. b III. 1545. Rescissa per hoc pactum emtione, venditione, laudemium venditor præstare non debet, *vid. Laudemium.* Datur quoque venditori judicium in emtorem de culpa ejus, & fructibus perceptis, licet aliquando fructus cum parte precii exsoluta pensentur 37. pag. 1546. Differentia inter pactum addictionis in diem & legem commissoriam quæ? II. Sententia ut venditor retineat pecuniam ab emptore solutam, satis dura III. Et contra vim legis ignorantem, bona conscientia exerceri vix posse? IV. Statuta communi juri hac in re derogant 37. b 1546. Si emtor velit se legis commissoriæ potestate solvere, certo illo adjecto die offerre debet pretium, nec expectare interpellationem venditoris 38. pag. 1546. Si offerre paratus emtor, nec, cui offerat, habeat, in legem commisisse dici non potest. III Post diem offerre non licet, & cur IV. Potest emtor justa ex causa impediri, quamvis animum habeat solvendi, ut id ipsum præstare nequeat, 38. a ibid. In arbitrio venditoris est pactum hoc commissorium remittere, & precium cum usuris petere 39. & a 1547. Emtori non licet hac lege agere, qnia venditoris causa cavetur 39. b V. ibid. Si post diem legi commissoriæ præstitum precium petit venditor legi commissoriæ renunciatum videtur. 39. & b 1547. Modo petitio ista facta sit judicialiter. 39. & g ibid.

Definitur XXVI. 7. b p. 5. vid. Lex Commissoria.

## Pactum de re communi non dividenda.

Hoc pactum nullas vires habet, cum sit contra substantiam Dominii in arbitro de re sua disponendi, consistens, non posse unquam ad divisionem provocare, & rem suam sibi sigillatim habere. XV. 27. & b 925. seq. *vide Communio rei.*

## Pactum gentilitium.

Pacta Ducum, Comitum, Baronum de vicissitudinaria successione gentilitia, aut fraternitatis valent VI. 44. th. pag. 316.

## Pactum renunciativum.

Renunciatio futuræ hereditatis, quæ ab intestato defertur, jure canonico valet, VI. 44. th. 316. Renunciatio hereditatis paternæ, tum quæ ipsi fit patri, tum quæ fit alteri vivente & non consentiente patre valida est. XVII. 24. 1076. Jure Saxonico fœmina validè potest renunciare liberorum aut fraternæ hereditati absque juramento 24. g 1. ibid. Jurato renuncians hereditati, non facta mentione legitimæ, eidem tanquam parti renunciasse censetur. 24. g 11. 1076. Pacta & renunciationes etiam juratæ ad incognita non possunt trahi 82. e 1147.

## Pactum successorium.

Successio ex pacto successorio & extraordinaria seu anomala & jure civili regulariter prohibita VI. 44. 313. Exceptio est in militibus, & qui nomen militum retinent. 44 th. 316. Pacta successoria inita secundum mores hodiernos servanda sunt. X. 11. 613.

Conf. Exerc. XXXVIII. 47. a g p. 1094. antiquo Jure jam jam erat cognita. ibid. d. quotuplicia. ibid. e. acquisitiva quotuplicia. ibid. 48. p. 1094. & pactum conservatorium quid. 49. a b d p. 1098. Dispositio de alterius hereditate quid. ibid. 50. p. 1098. quæ ejus sedes. ibid. a p. 1099. quomodo iniri soleat. æ cui consensus, Tertii necessarius. th. renunciativum (6. quid sit 51. p. 1100. quibusnam bonis quis renunciasse videatnr. ibid. quatenus quis hereditati renunciare possit. ibid. ejus sedes b quid sit ibid. a p. 1100. eorum finis ibid. quotuplex, o p. 1002. An Juramenti firmare necesse sit, v. p. 1102.

## Pactum præjudiciale.

Pactum præjudiciale quid? VI. 50. th. 323. Huic pacto præjudiciali formam præscripsit Marcus Imp. 50. th 324. Causam, ob quam Romani jus majoris partis admiserunt, quæ? ib. Approbatio & usus ejus hodie frequentissimus. ibid. Jure Lubecensi & Hamburgensi abrogatum. ibid. Viginti observationes notantur 50. th. 324. seqq.

## Pagamus.

Quis & qui eo referendi XXXIII. 40. a p. 766. XXXIV. 42. p. 709. ibid. 4. k (12. 3. 7. 10. p. 792.



Source : BIU Cujas

Pagus.

Pagus unde dictus III. 77. a 1433. Ejus descriptio ib. Vocatur etiam vicus. ibid. Differt à Castro, Civitate & Provincia. ibid. Continetur appellatione civitatis XVI. 18. b 1. 1006. Pagus quatenus ex mutuo teneatur XVI. 20. b 1010. Quæ in constituendo precio pagi observanda? remissivè XXIII. 19. d X. 1516.

Palatina Militia, *vid.* Militia.

Palatium.

Palatium Principis, ubi animo commorandi subsistit, pro re sancta habetur. III. 73. b 37. Palatia in usum Imperatoris comparata ab omni privatorum usu & communi habitatione exemta sunt. 73. g 138. Vocantur Höff/ Secularium; Ecclesiasticorum verò Stühl. ib. Habent securitatem publicam, den Burg Frieden. 73. g. 138.

Paleæ.

Paleæ sunt decreti Canones nullam vim probandi habentes II. 38. e 85. Unde dictæ? ibid. Eorum sunt 116. Utpote in distinctionibus 52. & in causis 64. Et qui. 38. e 85.

Palmarium.

Palmarii descriptio. VII. 11. æ 358. Differt â salario & â suffragio. ibid. An palmarii promissio. Advocato â cliente facta, jure sit licita & valida. ib. Distinctio magni & modici palmarii notatur. 11. æ 359. quid circa palmarii acceptionem observandum. ibid.

Pandectæ, *vide Digesta.*

Papa.

An ei tanquam unico testi plene credendum. XXVIII. 36. p. 245. g. 16.

Papier Stampff-Papier.

*Vid.* Charta signata.

Pararius.

*Vide* Proxeneta.

Paraphernalia.

Mulieri ratione rerum paraphernalium in bonis mariti competit tacita hypotheca *XXVI.* 14. k p. 19. sive uxor vivente & ad inopiam vergente mario, sive post obitum ejusdem parapherna sua repetat. ibid. p. 20. hocque privilegium incipit à die & tempore realis illationis. ibid. Cessat si marito mutuavit pecuniam. ibid. non verò si omnia bona sua uxor marito administranda concessit sub hac qualitate, nulla plane dote constituta. ibid. quomodo sine prælationis jure solum uxori in paraphernis competat jus. Paraphernalia unde? XXIX. 56. th. p. 404. 1) & quomodo germanicè dicantur. ibid. cui constituantur & quis constituat. (2 7. p. 405. quid juris uxor in illis retineat. (7. 12. quid marito credere possit & quasnam; habet id jure proprio ex Jure Sax. v. 407. propter uxoris adulterium confiscari nequeunt. p. 406. (18. Maritum inopem ex iis alere renetur. (19. generalia & de Jure Sax. specialia Jura Mariti circa bona paraphernalia, eorumque fructus. *vid.* m p 408. (2-18. p. 410. n. 20. 23.

Parentes.

Utrum parentibus pactum unionis prolium testandi facultatem adimat? 66. th. 129. An parentes ejusmodi fictitii liberis pariter fictitiis succedant, ib. Parentes pro affectu suo in liberis terrentur. IIX. 12. th. 432. Hos naturalis ratio ad successionem liberorum vocat. X. 8 & a b g 608. Non quidem omnium bonorum, sed indefinitè illis successionis commodum tribuit 10. 610. De successione Parentum, *vid. special. tit. infra lit. S.* Numob parentes naturales tantum lugubria sumenda? 74. g V. 960. An parentibus naturaliter liberos vende-*XV.* re liceat? *XXIII.* 27. b 1534.

Parentes debent liberis alimenta præstare. vid. *Alimenta & Liberi.* Si egeant, sunt à liberis eorumque heredibus alendi. XXX. 78. p. 497. a b g ibid. sq. de Parentum consensu vel dissensu ad matrimonium Liberorum, vid. Matrimonium. XXIX. 23. sq.

Pares Curiæ.

An Imperator solitariam in causis Principatuum, Ducatuum, Comitatuum &c. jurisdictionem habeat, an verò sociam & communem cum paribus Curiæ? *IV.* 79. b 210. Pares Curiæ unde dicti? *IX.* 58. a 573. Adhibentur â Domino in causis feudalibus ad judicandum ibid.

Paries.

In communi pariete fenestras fieri vicinus prohibere potest. *XIII.* 13. & b 802. In parietem cœcam fenestram facere licet, nisi prohibitio interceserit 13. g 803. Potest quis apertô pariete domus suæ januam facere 13. g VI 803. Limitatur ibid.

De parietibus communibus sæpius controversiæ occurrunt. XXXIX. 7 p. 8. quomodo decidendæ. ibid. 1. p. 9. privatorum à publicis. l. a. privatis quot pedibus & cur distent. ibid. 7. p. 8. & quomodo privatas cum publicis conjungentes puniantur. ibid. 8. 1. p. 11.

Parochia, Parochus, & Parochianus.

*Vide Sacerdos.* Domicilium in loco constitutum facit, quem Parochiæ ejus, qui ibi est, parochianum *IX.* 39. Parochianus ubi absolvendus, copulandus, sepeliendus sit 39. & b g d 555. seq. Parocho cujusque Parochiæ incumbit baptizatorum patrem & matrem (si illegitimi, matrem solam) susceptores addito die, mente & anno nativitatis matriculæ peculiari inscribere 39. b 556. Parochianum quid faciat? 39. ib. Parochus si deneget alteri Parocho benedictionem sacerdotalem, ob pecuniam non acceptam, non incurrit Simoniam. 39. 555. Parochus ejus, qui alicubi habitat, brevi rediturus ad proprium domicilium, non est proprius ad assistendum matrimonio ibid. Juris Parochialis descriptio 39. a 555. Parochianus forum ratione pœnitentiæ acquisitum sine licentia Parochi deserere potest 39. b 556. Qui in duabus Parochiis habet domicilium utriusque Parochi potestate subesse probatur. 39. b 556. In Parochia propria, an sepeliendi? 39. d 556. Parochiani in defectum proventuum ex Parochia compelli possunt ad refectionem Ecclesiæ 39. d ibid. Jus Ecclesiasticum vult pastorem libera habitatione gaudere in domo parochiali, eorumque heredes semestri post obitum, licet proprias ædes habeant. *XII.* 60. g 783. Parochialium ædium inhabitationem Parochus locare potest, & propriis inhabitare 61. e i 784. Sumtus ad ædificationem vel reparationem ex ærario Ecclesiæ desumitur. 61. e V. pag. 784.




Source : BIU Cujas

## Parricidium.

In parricidam severius quàm homicidam animadvertitur. I. 31. b 27. Pœna in parricidas statuta, locum habet in illegitimis, sive naturales sive spurii sint III. 45. b 118. De parricidio transigi potest VI. 62. d 338. Parricidium vindicta divina muribus ultum. XIX. l. 11. 1254.

Cur in hoc crimen olim nulla pœna constituta, & cur post ea atrocior irrogata. XLIX. 68. a ejus definitio, ibid. & homonymia b inter quas Personas, & à quibus committi possit. 68. 1095. quomodo puniatur. th. 1095. sq 1098.

## Pars.

Pars imitatur totum l. 1. a 11. Partium ad partes eadem ratio, uti totius ad totum 21. p. 21. Pars & totum differunt IV. 80. 212. & IX. 2. a 591. Quod juris est de toto quoad totum, idem juris est de parte quoad partem VIII. 61. e 474. Pars cum toto ejusdem est qualitatis X. 70. b 662. Quid sit pars divisa, & pars indivisa seu pro indiviso. XII. 14. 747. Pro parte indivisa constituitur ususfructus. 27. 761. Partes non possunt esse generis alius, quàm cujus est totum 30. b 764. Res individua ei potissimum adjudicatur, qui majorem partem ipsius habet XV. 10. e 909. Major pars trahit ad se minorem. XXIII. 65. IV. 1581.

Pars integralis est duplex, homogenea s. similaris & heterogenea s. dissimilaris. XXVII. 21. p. 92. quæ explicantur. ibid. 9. & quid illas scire intersit.

## Partes litigantes.

Actor & reus sæpissimè vocantur partes, die Partheyen. IX. 3. g 519. Pars quæ ad jurandum condemnata est, alteri juramentum calumniæ deferri non potest. XVII. 46. b 1103.

## Partiarius Colonus, *vide Colonus.*

## Partus.

Sæpius ex uno partu duo aut plures nascuntur III. 3. d. 100. Ob partum præmaturum, an parentes sint coërcendi? 4. a ibid. Non omnem partum imperfectum improbum esse. ibid. Partus septimestris est legitimus. 4. b 100. Quid circa octimestrem observandum? 4. g 101. Nil interest, num quis sub initium, medium, aut circa finem illorum mensium editus sit. 4. d ibid. De nonimestri & decimestri partu. 4. e 101. Servator noster nono mense natus fertur. ibid. Utrum possit mulier aliquando ultra decimum mensem & initium undecimi uterum gerere? IV. æ ibid. Partus illegitimus quis? ibid. Naturalis & spurius quis? ibid. Partum alienum subst ituendo falsum committitur, ubi etiam de pœna 4. l. 102. Partus quo tempore dicatur animatus vel inanimatus ibid. Partus legitimi jura quæ? 45. a 118. Recensentur illegitimi? 45. b ibid. Partum qui dicit vixisse, ex matre morbo pestifero laborante, probare tenetur, X. 66. b 656. Partus ancillæ non est in usufructu XI. 42. e 702. & XII. 15. & l. 750. seq. Partus animatus quomodo in emtionem venditionem veniat? XXIII. 14. b l. 1509. Partum sanguinolentum parentibus pro ter nimiam paupertatem de jure civili licitum est vendere victus causa, quod hodiernis moribus non obtinet 17. & b ubi plura notantur, pag. 1533. seq.

Legitimus partus quomodo per testes oculares probari possit. XXX 62. 9. (3. p. 490. Si in dubium vocatus, summariè procedendum, & ille interim alendus. ibid. 4. 5. favore partus multa singularia in Jure sunt constituta. XXXVII. 45. z (2. p. 1017. 46. d (2. 1018.

Egregium exemplum partus a mortua matre editi. v. XXXVIII. 15. b (1. p. 1049. an partus sextimestris, usque ad eum, qui decimo tertio editus, sit legitimus. ibid. usque ad 1051. quisnam partus dicatur monstruosus, & an alendus vel necandus. ibid. p. 1051. sq. Cur partus ventrem sequatur. 23. b Partus ancillæ furtivæ vel fugitivæ an & quo usu capi possit. XLIII. 9. d e pag. 175. æ an quo tempore in Jure habeatur provitali. XLIIX. 69. z

## Partus abactio.

Est crimen extraordinarium. XLVIII. 79. 887. a quomodo dolose & data opera partus abigatur. ibid. b ob abactionem partus quænam pœna, an ordinaria, an extraordinaria sit infligenda, quidve de distinctione, an partus sit animatus vel inanimatus, dicendum. ibid. g e p. 888-192. z. ubi, quo tempore partus habeatur pro vitali. z 892.

## Partus suppositititius.

Quinam dicatur. XXX. 72. a p. 491. utriusque consensu suppositi rarum Exemplum. De eo cognoscere, cujus Jurisdictionis Romæ fuit ib. a pœna hîc delinquentium ibid. b ne supponi possint, quænam competant remedia. XXX. 81. quidve, ne supponatur, interfit. bid. an a Patre sciente esse suppositum, validè hæres instituì possit. XXXVII. 51. a p. 1020. quomodo & cur partus suppositio fieri soleat, quomodo probetur, an proscribetur, & quomodo puniatur. 72. d e 1107.

## Pascere, Pastus.

Animalia depascendo fruges alienas secundùm naturam damnum inferunt. XIV. 2. & b 852. seq. adeoque si fera sunt, nulla inde competit actio civilis, æquitas tamen spectanda. ibid. Depascit animal fruges in aliquo vel ultrò & sponte sua, & competit inde actio de pastu: vel culpa alterius in agrum immittitur, & competit actio L. Aquiliæ utilis contra immissorem: vel dolo, & tunc actio ad exhibendum datur. 3. & a 835. Si fruges alienæ in meum fundum deciderint, & eæ ab animali meo depasti fuerint, datur domino actio in factum seu subsidiaria 3. & z 853. seq. Aliquando in eum, qui pecora in alienum immisit, datur actio criminalis 3. & i 853. seqq. Ad probationem pastus sufficit testimonium saltuarii XIV. 3. d 854. Quæ circa condemnationem & emendam notanda? ibid. An dominus teneatur ex negligentia pastoris? 3. e ibid. Pascendi jus. *vide tit. special.*

## Pascendi Jus.

Jus pascendi servitus realis est, quæ personalis fieri potest. XII. 71. d 11. 794. Hoc refertur inter servitutes prædiorum rusticorum. & quid sit. XIII. 26. 813. Hujus servitutis tempus & modus quomodo variant. 26. & a ibid. 38. a in f. 829. Hoc jus habens non potest pascere pecora

Source : BIU Cujas

pecora morbida, aliàs ubicunque est ejusmodi timor infectionis, conceditur expulsio, & dominus fundi servientis unà cum ipso, cui concessum jus pascendi sua pecora pascere, quomodo possit 26. 813. Jus communitatis habent cives & rustici pascendi cum pecoribus suis in pascuis publicis, sicuti aliæ res universitatis usu communes 26. 13. Si prædium, cui jus pascendi debetur, sit urbanum, urbanam fieri servitutem 26. b ibid. Dominus servitutis aliter eô uti non potest, quàm ut immissis pecoribus gravamina istius prædii depascat. 26. g ibid. Si tempus pascendi permissum ex conventione vel consuetudine non appareat, intelligitur, quo fruges sunt collectæ. 26. d ibid. & 30 a I. II. 819. XIV. 3. a I. 853. Jus pascendi ab una specie animalium expressa ad aliam haud extendendum. II. Nihil interest, an Nobiles, an ignobiles sint. III. Eôdem numero conventionis non ampliori pascuis uti licet. IV. Idem asserendum de jure pascendi præscriptione acquisitum V. Jus pascendi ex uno ovili in plurimis & diversis locis habens, novum ovile extruere fas non est. VI. Dominus prædii dominantis non potest jus pascendi alteri locare. VII. Sed pignori dati creditori vicino sub conditione licet. XIII. 26. e. 814. In hac servitute conventiones, consuetudines & statuta ante omnia respicienda sunt 26. z 814. Administratoribus civitatis introducere fas est, & sancire, quo anni tempore & ubi pascere licitum vel prohibitum, item quo numero & quibus animalibus 26. z 814. & 32. a 819. Non tamen eorum statuta valent, quibus pascuorum publicorum usus omninò civibus, interdicunt. III. In pascuis publicis omnibus incolis universitatis pecora sua pascere integrum est IV. Remedium, quibus litigandi causa præciditur, est singulis sufficiens pastulæ distributio V. Et illam secundùm morem & consuetudinem antiquam. VI. Jus hoc competit civibus quamdiu manent VII. Jure Saxonico nemini licet pecora sua segregatim pascere. 26. z 814. seq. Si dominus prædii dominantis expulso prorsus domino proprietatis pascere debeat, tunc non licet domino prædii servientis pecora simul pascere. II. In jure compascui præfertur, ille cœteris, ad cujus dominum fines & proprietas spectat. 26. æ. 815. Dominus prædii servientis nullo modo jus pascendi impedire potest II. Non licet in fundo pasturæ destinato domino metallorum & mineralium venas vel lapicidinas inquirere III. Domino sylvæ in præjudicium juris pascendi acquisiti non licet sylvam cingere vel circumsæpire IV. Neque licitum quicquam inædificare absque consensu V. neque loca servitutis immutare, vel piscinam facere VI. Potest verò, si non noceat servituti VII. potest agrum reducere ad culturam dominus, si servitus in agro competat saltem eo tempore, quo fruges sunt collectæ IIX. In dubio, quo servitus competat? IV. Dominus prædii servientis potest agrum ad culturam redigere, sisatis pastui pecudum relinquat. 26. th. pag. 815. seq. Ab hac servitute secernitur jus compascui. 27. 817. Ejus differentia triplex 27. g 816. Constitutio Friderici, ut iter facientibus equum vel jumentum in pratis & sylvis propè viam impunè pabulare liceat. 30. a 819. & XIV. 3. a II. 854. Statuta & consuetudines pascendi in certis casibus restringuntur XIII. 30. a III. 820. Dominus duorum prædiorum, ut unius prædii pecora in altero pascantur, servitutem non rectè constituit, nisi alterum locum alienet 30. i 822. Vasallus, Emphyteuta superficiarius pascendi servitutem imponere possunt 30. i ibid. Jus pascendi promittere potest ille, qui fundum nondum habet 36. g 822. Si duo convicini in eodem loco jus pascendi sibi attribuunt, & in controversia mota quasi possessionem sibi uterque promiscuè & æqualiter probet: uter horum obtinere debeat. 44. c pag. 836. In hoc jure jus congrui locum habet. XXIII. 53. c VII. pag. 1562.

## Pasquillus.

Vide famosus Libellus. Cur sic vocetur. XLVIII. 66. p. 874 g.

## Passio.

Hujus descriptio XIII. 9. 799. Natura servitutum est, ut quis patiatur, vel non faciat, nisi nominatim aliter convenerit. 9. b ibid.

## Paten-Pfennig/ Paten-Geld. *vide Nummus Lustricus.*

## Pater familiàs.

Paterfamiliàs quis, & qua ratione dicatur III. 33. 113. Vox pater naturalem, paterfam. civilem statum significat. 33. a ibid. Pater consideratur natura vel lege, scilicet adoptionis, & legitimus. ibid. Pater Rex est familiæ 35. 113. Cur patri potestas, & non matri æquè adscribatur? 35. b 114. Patri animi potestas, matri corporis prolis cura relicta 35. a ibid. Patris nomine non excluditur avus, nec proavus aut majores 35. d ibid. Pater & filius unâ persona 40. a 116. Patrem & filium concernentia jura. 39. g 115. & 41. ab 116. Pater ex conventione filii non obligatur, nisi ratione peculii VI. 42. 311. Non potest iniri conventio civiliter efficax inter patrem familiàs & filium familiàs ibid. Pater quatenus de bonis adventitiis ordinariis filiifamilias transigere possit, vel non 55. th. 331. seq. Patris suffragium prodest filio & contra. VII. 43. & æ 403. seq. Patres sæpè optare pro liberis pœnam subire. IIX. 12. th. 432. Paterfamilias quatenus conveniatur ex peculiis filiifamilias. IX. 6, 522. Inter patremfamiliàs & filium lis nulla esse potest. 6. & X. ibid. Patris conditionem sequitur filius 17. 538. pater bona filii possidens, iis liberè uti & abuti potest, sed propter deteriorationem tacitè filio obligatur. XI. 38. a 2, 694. Patri vi patriæ potestatis in bonis liberorum adventitiis competit ususfructus, licet ad secundas nuptias transeat XII. 5. & g V. pag. 737. Limitatur. ibid. Pater, filiæ, quæ in domo operas præstat ancillares, usumfructum rerum adventitiarum relinquere non est obstrictus. *vide Filia* Patrifamilias ab hostibus captus & jus patriæ potestatis & paternum usumfructum amittit, reversus verò utrumque recipit 34. a VI. pag. 767. Num pater usumfructum habens in bonis liberorum, teneatur inventarium facere? 67. g pag. 791. Pater si bona liberorum designasset, an postmodum jure jurando ea as-



Source : BIU Cujas

severare teneatur. 67. g. pag. 792. Pater ex delicto liberorum quos in potestate habet, regulariter conveniri nequit XIV. 47. g I. pag. 885. Pater notatur infamia, si filiam jubet intra annum luctus nubere, vel filium ducere viduam; non autem filius, vel filia obtemperantes XV. 74. g XXI. pag. 961. Patrifamiliàs propter debitum, quod ut paterfamiliàs contraxit, non datur exceptio SCti Macedoniani XX. 57. & b pag. 1336. Causæ, quibus pater ex mutuo filii obligetur cessante SCto Macedoniano. 57. m 1. seq. pag. 1338. Paterfamilias, si debitorem suum conveniat, cui filius ejus, qui in potestate est, vicissim debeat, admittere debet pater peculiotenus compensationem. *vide Compensatio.* Paterfamilias non tenetur ob incendium eorum, qui in ejus familia sunt. *vide Incendium.*

Pater egens à filio alendus. XXX. 78. a b p. 497. seq. licet prodigus bona filii dilapidet. p. 498. (1. vel sit deportatus (2. vel hæreticus (3. Pater à quo & ad quod tempus filios alere teneatur. ibid. 79. p. 502. æ (1 - 6. à patre datus Tutor cur valeat? ibid. XXXI. 14. pag. 519. 15. d p. 521. 18. b z p. 540. Pater liberorum Tutor an Inventarium conficere & an satisdationem præstare teneatur, vel non, ibid. 36. l (6 - 19. p. 551. seq. Patri quibus in Casibus filius manum inferre possit, quisve propriè manum intulisse dicatur. XXXII. 33. b (1. p. 6 8. seq. (5. 3. Ejus est vectigalia publica conducere. XXXIX. 37. p. 32. a

Pater adoptivus. *vide* Wahl-Vatter.

Patientia.

Hæc in usufructus constitutione est loco traditionis, XII. 12. 7 16. Hâc constituitur promissa servitus in affirmativis XIII. 37. 828. Hæc est vice tituli & includit scientiam 39. 829. Usus & patientia sunt relata, quæ se invicem involvunt 39. e 831. Sicut per patientiam usu conjunctam quis constituitur in quasi possessione, ita etiam per impatientiam, contradictionem & protestationem quasi possessio interrumpitur. 39. e III. 831. In servitutibus rusticis nuda patientia servientis prædii subest. 58. 848.

Partes conscripti.

In ordine Senatorum secundi erant patres conscripti ab aliis Regibus, Consulibus aut Censoribus in Senatum una cum Patriciis lecti. IV. 4. 155.

Patria.

Est duplex vel communis vel propria: communis, quæ vocatur domicilium, quæ fuerit olim IX. 14. 535. Et hodiè quæ sit 15. 536. Specialis vel locus originis quid sit? 17. 538. Ortus ex vico eam videtur habere patriam, cui Reipubl. vicus ille respondet. 17. 538. Jura ratione hujus specialis domicilii competentia in libertum & filium, in quibus consistant 17. 538. Patriam dat pater & ejus domicilium, non locus nativitatis. 17. g. 539.

Patria Potestas.

Quibus competat? III. 35. a 113. seq. Patriam potestatem aliter JCtus, aliter Philosophus considerat 35. g 114. Quid sit? 36. a 114. Ex quo jure dependeat 37. a 114. Discernitur à dominica potestate. 38. ibid. Finis societatis parentum quis 38. a ibid. Effectus 39. a 115. Patrifamilias correctio domestica permissa. 39. b ibid. Jus vitæ & necis quomodo restricta. 39. g 115. Jura alia, quæ patriæ potestati adhuc competant, recensentur ib. Modi patriam potestatem solvendi tres. 67. 129. Jus parentum in liberos dicitur sanctum 73. g 139. Differentia patriæ potestatis & emancipationis per Nov. 118. est sublata, quoad successionem XII. g 613. Si filius se in patris potestate esse neget, & sibi dominium rebus aliunde quæsitis competere prætendat, id probare debet. XII. 5. d 738. Patria potestas excludit (1. parentes naturales (2. Matres, Aviæ & reliquæ ascendentes fœminini sexus (3. avum maternum, (4. Parentes, quorum potestas modo jure recepto est dissoluta. (5. Patrem, qui alterius extranei filium adoptavit 5. m 740. Paterfamiliàs ab hostibus captus jus patriæ potestatis amittit, reversus verò recuperat. 34. a VI. 767. Non semper cum ipsâ patriæ potestatis vinculo ususfructus patri jam quæsitus solvitur & extinguitur, sed ad dies vitæ pater retinet. 34. a IX. 767.

Patriciatus, Patricius.

Summa tantum Patriciatus dignitas, qua erant Consiliarii Principum, liberabat à patria potestate III. 67. & g 130. In ordine Senatorum primi erant patricii ex centum à Romulo primò lectis oriundi IV. 4. 1555. Patricii qui dicti? 4. a ibid. Ordines dispescebantur, in Patricios Senatores, in Patricios Equites, & Patricios populo ibid.

Patrimonium.

Scilicet ob jemand reich oder arm/ non ex bonis vendibilibus, sed ex reditibus æstimandum. XXX. 76. a (1. p. 494. non semper expedit ejus secreta pandere XXXI. 36. n. p. 552.

Patrinus. *vid. Baptismus.*

Patronatus.

Patronatus Jus quid? XXXVII. 58. p. 1025. quomodo acquiratur & amittatur. a 59. p. 1026. Juris patronatus effectus quis. 69. p. 1033. *vid. Jus Patronatus.*

Patronus.

De eorum tutela v. XXXI. 24. b p. 527.

Pavones.

Quid? XLI. 8. p. 94. g nostri esse intelliguntur, donec animum revertendi habeant, adeoque & horum fit furtum. 17. 100. sq.

Pauper, Paupertas.

Pauperi in judicio, cum adversarii injuria, non est favendum I. 18. z 20. Pauperibus consulatur ex publico. IV. 56. b VI. 195. Pauperes certis de causis juratoriam promissionem præstant, si de non inveniendis fidejussoribus ac pignoribus jurent. V. 24. 244. Horum tamen jure Saxonico sufficit nuda attestatio. 24. & th. 245. seq. Quinam sub nomine pauperum veniant? 24. c 246. & IX. 59. b 11. seq. 575. Quid circa pauperes notandum. ibid. Si quis ob paupertatem jus suum non potuisset persequi datur restitutio in integrum. IIX. 79. 486. Privilegio paupertatis non gaudet, qui propria


Source : BIU Cujas

pria culpa eam sibi accersivit 79. g ibid. Pauperan possit esse judex. 10. k (3. 530. Pauperes injuria fortunæ miserabiles personæ dicuntur. 59. b (4. 576. Eorum causæ sunt summariter tractandæ 66. r 1. 587. Pauertas apud Latinos quid sit? XIV. 1. d 852. Qui paupe rem funerat, actionem funerariam non habet, præmium à Deo speret. XV. 87. d IX. 977. Cura hæc, quibus & quomodo incumbat. ibid. Ut pauperibus in necessitatibus subveniatur Administratores Ecclesiarum & piarum domuum devincti sunt. *XV.* 90. b 983. Pauper cum divite potest inire societatem. *XXII* 20. a V. 1453. An â paupere lites redimere permissum? *XXIII.* 77. a *XIV.* 1597.

An & in quibus Causis testimonium eorum rejiciendum vel non XXVIII. 38. f p. 253. sola paupertas non est de genere malorum. Pauperum causa propria habetur. Et quænam Testamento relicta illis est quibus distrahenda. XXXIII. 8. l m p. 736. idem de legatis. XXXV. 4. m. n 857. sq. Pauperes fidejussores esse prohibentur. XLVII. 37. m. p. 587. sq.

## Pauperies.

Pauperiem facere dicitur animal quadrupes, quando damnum dat XIV. 1. 852. In sensu juridico & in sensu Latino, quid sit pauperies? 1. d 852. Actio de pauperie conceditur, si nocuerit pecus libidine motum 8. d 1. 860. De pauperie ex lege Mosaica actum fuisse constat. 8. e ibid. Ob pauperiem à quadrupede mansueta contra sui generis naturam factam competit actio directa: nonnunquam etiam secundùm mentem legis utilis datur: ad feras autem, licet in custodia retineantur, non rectè applicatur utilis hæc actio de pauperie 9. & b g d 860. seq. Ob pauperiem judicium quoque criminale constituitur 16. 864.

## Pax.

Pacis Religiosæ & Profanæ Constitutiones ad Recessus Imperii pertinent. II. 33. 281. Pace Religiosa & profanâ jurisdictio Ecclesiastica ad Principes & Status pertinet. *IX.* 15. 538. De fractæ pacis publicæ crimine *vide voc. Crimen. fract. Pacis.* De Pacis Instrumento *vide Instrumentum Pacis.*

## Peccatum.

Qualia peccata quis aliàs peccaminosus commisisse præsumatur. vid. XXVIII. 18. z 188. sq.

## Peculatus.

Quid. XLIX. 76. p. 1113. unde nomen aut à quomodo sumatur. ibid. b g differt à crimine residuorum. d ad quos spectet hoc crimen. 77. p. 1113. a b g d

## Peculium.

Peculium adventitium olim cum profectitio ejusdem erat naturæ, hodiè proprietas spectat ad filium usufructus & administratio ad patrem *VIII.* 60. 471. & *XII.* 6 & g d 737. seq. Quatenus de hoc filiifam. & paterfam. possit conveniri? VI. 42. & a b pag. 311. seq. & IX. 6. pag. 512. De extraordinario solus filius, consentiente tamen patre agit. 6, pag. 512. Adventitia in quartæ imputationem non veniunt X. 35. æ pag. 657. Peculii adventitii, in quo patri usufructus est ademtus, vocatur extraordinarium sive irregulare seu plenum XII. 5. 2. pag. 738. Conditio hæc non semper expressè, sed tacitè nonnunquam dispositioni inest, quâ patri usufructus adimitur 5. æ pag. 738. In legitima vel bonis loco legitimæ relictis usufructus patri adimi potest 5. th. pag. 738. Non posse adimi. ibid. Peculio irregulari annumeratur portio hereditaria quam filiusfam. una cum patre fratri suo germano vel extraneo succedens consequitur 5. i pag. 739. Quæ res in hoc peculio irregulari sint? 5. k ibid. Quæ â principe vel Augusta filiis, vel filiæ donationis titulo accipiunt omni acquisitione absolutæ sunt? 5. l pag 739. Filiisfam. illæ res, quæ ex lege ob delictum matris divortium sine causa facientis deferuntur, plenò jure acquiruntur. In feudo, quod filiusfam. accipit, pater non habet usum fructum III. Excluditur pater â perceptione usufructus, si filiisfam. servi sub conditione, ut statim manumitterent; donati vel legati fuerint IV. Quando Pater usumfructum sponte & expressè remittit V. Si sciens connivet, ut filius fructus percipiat VI. Iis casibus, quibus pater usufructu privatur, alimenta nihilominus ipsi ex bonis filii debentur VII. Extra casum egestatis, pater in liberorum bonis, ademto usufructu commoditatem fructuum non habet 5 l pag. 739. seq. Neque furor, relegatio, superinductio novercæ patri usumfructum adimunt 5. m pag. 740. Usufructus acquiritur patri in adventitio peculio filii emancipati quasi munus lege oblatum 5. o ibid. In peculio irregulari adventitio ex delicto conveniri potest filiusfam. XIV. 47. g II. pag. 885, Peculii origo sive causa *XX.* 59. a 1324. Ejus in genere descriptio 60. & a 1342. & *IX.* 6. a 522. Peculium quid per antonomasiam dicatur & quid vulgariter per extensionem. ibid. In peculio possunt esse res omnes mobiles & immobiles, corporales & incorporales 60. 1342. Peculium aliud est servile, cujus unicum, aliud filiifam. quod vel est castrense vel quasi castrense, vel adventitium, vel profectitium 61. & b g e 1343. & *IX.* 6. b g d e 523. Peculium paganum duplex profectitium & adventitium 62. a 1345. Peculii profectitii descriptio & constitutio XX. 62. & 63. 1345. Hoc peculium tam quoad proprietatem, quàm usumfructum patris est 64. & a 1345. seq. Unde pater dicitur illud possidere, filius verò detinere 64. & g ibid. Dicitur hoc quidem patrimonium filiorum, sed tantum sunt administratores ejus 64. 1345. Administratio peculii aut est libera, & tunc servus vel filius potest alienare, non verò donare: aut non est libera, & tunc nudam habet administrationem ibid. Hoc peculium sequitur filium emancipatum ibid. Munus â patre recusatum, â filio acceptatum profectitio cedit peculio II. Idem dicendum de donatione magni precii, ab amico patris filio facta 64. d 1346. Peculii adventitii descriptio 65. & a 1346. & *XII.* 5. & e 737. seq. Dividitur in regulare seu ordinarium & minus plenum: & in extraordinarium sive plenum 65. a 1346. Si quid â patre ad filium pervenerit intuitu solius filii, non ut augeatur res paterna, hodiè pro adventitio est 65. g ibid. Hujus usumfructum regulariter patri acquirit filius, apud eum



Source : BIU Cujas

